KYNEWULFI POETAE AETAS

AENIGMATUM FRAGMENTO E CODICE LUGDUNENSI EDITO

ILLUSTRATA

A

Franz (Eduard Christoph)

FRANCISCO DIETRICH.

MARBURGI.

IMPENSIS N. G. ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.

MDCCCLX.

Inter veterum Germanorum poetas, qui ad rerum divinarum amorem excitandum, cognitionemque apud laicos augendam, res gestas et personas historiae sacrae vel ecclesiasticae versu heroico cecinerunt, atque ad mores proprios conformatas quasi in popularium obtutu posuerunt, primarium sine dubio locum juxta ignotum Heliandi auctorem Saxonem obtinet Cynevulfus Anglosaxo, cujus opera quatuor huc usque cognita, carmina scilicet epica, de Helena imperatrice sive de crucis inventione, deinde de passione sanctae Julianae, tum de Christo nato resuscitato et ad judicium extremum redituro, aenigmata denique ad laudem rerum naturalium per se mirarum hominique utilium composita, egregiam facultatem poeticam summamque ingenii subtilitatem et elegantiam produnt [1]).

Quis et unde fuerit, et quando vixerit, cum ab aliis scriptoribus non sit memoriae traditum, tantum ex operibus ipsius cognosci potest. Quae quum perpauca tantum contineant a poeta de se ipso brevissime significata, ex omnibus quaestionibus de vita ejus et persona haec una modo ad certum finem perduci posse, et ante omnia perducenda esse videtur, quae est de ejus aetate, cum sententiae de ea latae sic discedant, ut alii eum saeculo octavo alii undecimo ineunte floruisse contendant [2]). Linguae conformatio, quae ubi quaestio talis in antiquitate theotisca mota est, tantopere ambigere non sinit, cum apud Anglosaxones tardius et in paucioribus rebus mutata sit, saltem non omnibus certa indicia exhibere videbatur.

Jam vero ad litem quae de poetae aetate orta est decidendam aenigmatum fragmentum e codice Lugdunensi proferendum facit, si argumentum ejus comparatur, aetas conjungitur cum iis quae de indole atque de aetate Cynevulfi ex reliquibus operibus ejus conjicere licet. Ergo de iis quoque

---

1) Innotuerunt Elene 1840 editore Jacobo Grimmio, Juliana, cum codex Exoniensis per Benj. Thorpium 1842 publici juris fieret, tertium epos 1852 mea argumentatione (in Hauptii ephem. IX, 193 sqq.), in aenigmatum primo nomen Cynevulfi invenit Leo 1857 (cf. comment. ejusd. Quae de se ipso Cynevulfus poeta Anglosaxonicus tradiderit p. 22 sqq.) solutio reliquorum tentata est Hauptii Ephem. XI fasc. 3, atque, ubi et de auctore agitur fasc. 4. In locis singulis horum carminum citandis Greinii editionem in libro Bilbliothek der Angels. Poesie T. I. II. Gött. 1857 et 1858 secutus sum.

2) Priorem sententiam J. Grimmius in libro laud. exposuit, alteram Angli, inprimis Kemblius, Thorpius, Wrightus quamquam hic dubitans. quorum libri infra citabuntur.

quae praeter quatuor supra dicta eidem debeantur, investigatio est subeunda, quam quum diu frustra ab aliis fieri exspectassem, nunc a me ipso ad sententiam de poetae aetate stabiliendam suscipi oportebat.

Epos de Andreae apostoli apud Myrmidones aerumnis et laboribus ad fidei victoriam perductis compositum in eodem codice Vercellensi atque primo quidem loco repertum est, ubi post quatuor carmina religiosa minora Elene, sic enim Anglosaxones pro Helena dicebant, versibus iisdem celebrata extremo loco legitur, quo in poemate Cynevulfi nomen litteris runicis contextui insertis proditum est. Eundem poetam Andreae laudem condidisse, res est confessa apud viros doctos Anglicos, qui omnia plerumque Vercellensis codicis carmina ei tribuunt, argumentis tamen quantum sciam non expositis [3]). Ad singula comparanda descenderat Jacobus Grimmius, qui cum similia et diversa in utroque poemate E et A (sic enim brevitatis causa pro Elene et Andrea dicere liceat) perpendisset, tantummodo fieri posse ut idem esset auctor censuit. Sic enim in editionis suae prafatione anni 1842 p. L. argumentatus est, dicendi genus quidem simile esse, plures voces et phrases alibi rariores aut non obvias inter A et E communes esse, ut: on herefelda, vôpes hring, brecan ofer bäðveg, äht besittan, secgas ne gaeldon (Æ. 1000 cf. byrlas ne gaeldon A 1533), hreopon friccan (E. 54. 549 et A 1157), et vocabula gehðu, ûðveota, sevte, earhfaru [4]), unslav, postea vero pergit »desto weniger darf der abweichungen geschwiegen werden: A. hat sîðnêsa, E. brimnêsen; A ârgeblond, E earhgeblond; A ferhðloca, E ferhðsefa; A sîð gesettan, E sîð âsittan, wenn schon der dichter wechseln, der schreiber ändern konnte. Es ist also nicht einmal dringende wahrscheinlichkeit, höchstens möglichkeit da, dass beide werke den nemlichen verfasser haben«. Hanc sententiam eo tempore aeque justam ac cautam, nunc codice Exoniensi patefacto, cum plura Cynevulfi opera praeter Elenam conferri et in testimonium vocari queant, stare non posse, ipse fortasse vir celeberrimus qui protulit jam vidit, cum tamen neque ipse neque alius quis palam immutaverit me id jure summique viri venia facturum speraverim. Ut incipiam a discrepantiis prolatis sîðnêsa (viae exploratio) A 515, si esset ejusdem notionis circumscriptio ac brimnêsen (aequoris exploratio) E 1004, prorsus explicaretur versuum varietate, nam istum versum sonus S, hunc sonus B regit, terminationis autem varietas in secunda compositionis parte non magis diversum requirit poetam, quam quod sola in Julianeide legitur hâlor (salus) cum reliqua Cynevulfi opera habeant haelo (salus). Deinde quum plurimae sint maris circumscriptiones, nulla scriptorum diversa consuetudo inde efficitur, quod in altero carmine semel ârgeblond, in altero semel earhgeblond habetur, obscurum utrumque. Gravior differentia est quod pro pectore in A est f e r h ð l o c a, in E f e r h ð s e f a, saepe enim ea vocabula occurrunt in suo quodque poemate, cadit tamen et hoc argumentum, cum alibi etiam Cynevulfus voce f e r h ð l o c a utatur, ut in Juliana v. 79. 234 sive Cod. Ex. 247, 16. 256, 19. Ultima vero sententia quod iter facere apud alterum dicatur s î ð g e s e t t a n (viam ponere), apud alterum s î ð â s i t t a n (viam sedere), si accuratius inspicitur, fundamento caret, etenim in E nequaquam communi dicendi usu sed unico loco occurrit scriptum: g e s u n d n e sið a s e t e n häfdon E 997, qui locus manifesto depravatus est pro â s e t e d häfdon [5]), nemo enim Anglosaxonum unquam dixit aut dicere potuit viam

3) Kemble The poetry of the Cod. Vercell. Lond. 1843 p. VIII—X, Thorpe The homilies of Aelfric L. 1844. T. I. p. 622. cf. Wright Biogr. Brit. lit. p. 501 sq.

4) Sic enim ut infra probabitur nominativus vocis earhfäre ponendus est non earhfär.

5) Vice versa E N pro E D restituendum est in Ps. rythm. 64, 13 (ags. Bibl. II, 163) ubi loco: on väst-

sive iter sedere, vel sedendo conficere (einen Weg ersitzen) pro proficiscendo, ipse potius Cynevulfus in ejusdem Elenae simillimo loco habet: gesundne sîð settan môsten E 1005 et vidor meahte sîðas âsettan Aenigm. X, 11; quae phrasis et aliis communis, ut hymnis Cod. Ex. 456, 26: to þam sîðe þe ic âsettan sceal, et Caedmoni: sceal nu vreclâstas settan sorhcearig, sîðas vide II, 189, orta esse videtur e simili: lâstas lecgan (vestigia ponere). Vertitur autem hoc argumentum pro auctorum differentia prolatum in propugnaculum sententiae contrariae, cum prorsus eadem phrasis etiam in Andrea legatur: in helle ceafl sîð âsette A 1706. Quae cum ita sint omnia quae ad parem inter A et E dicendi proprietatem comprobandam egregie Grimmius attulit, vim suam recuperant.

Praeterea nunc ubi cum Andrea non solum Elena sed etiam Juliana (J) et Crist (Cr.) comparari potest, Cynevulfum condidisse Andream haec nova argumenta confirmant. Ad voces apud alios poetas non inventas, Cynevulfo autem familiares nec minus in Andrea occurrentes pertinet etiam nomen gyrn (dolor) Jul. 245. 619. Aenigm. XVI, 6. LXXX, 7 quod legitur A. 1151. 1585[6]), porro adjectivum unlaed (miser): earm and unlaed J. 616. et unlaedra A. 30. 142. unlaede earmra geþohta A. 744, ubi eaedem quoque voces soni vinculo (stabreim) junguntur, rarissimum est hoc adjectivum; aliud reonig (fatigatus, fessus, tristis) familiare est Cynevulfo[7]) non item aliis poetis, inde compositum est A 592 saeton reonigmôde, reste gefêgon, ut E 321: eodon þa on gerûm reonigmôde, neque omittendum est quod Andreae loco laudato soni eodem vinculo conjungitur cum voce reste, atque E. 1083 â mîn hyge sorgad, reonig reoted and gerested nô. Adde vocem betolden (obtectus) quae diu e solo Andrea nota iterum apparuit Cr. 538. Inter compositiones, ut verbo utar, descriptivas, alibi rariores: gâstgerŷnu (meditatio, sermones familiares) E 189. 1148 Cr. 440. 713. ut A 858; pro carcere et inferno non solum gnornhof A 1010. 1045 ut Jul. 324, sed etiam nŷdcleofa E 710. 1276 J. 240 ut nŷdcofa in Andrea 1311, praeter alia etiam under hlinscuvan J. 543 ut A. 1073, cui simile est hlinräced (resonans aula) vocabulum in his locis eodem soni vinculo copulatum:

A. 1463. þa com dryhten god
in þät hlinräced, häleda vuldor

J. 242. þa com semninga
in þät hlinreced häleda gevinna

Dominus autem inferni non modo diabulorum pater dicitur J. 321. 546 ut A. 1329. 1346 sed communi quoque nomine mordres mânfréa E. 941 J. 546 ut A 1314 insignitur, quod loco þurh mordres mân E 625 spectato explicatur interfectionis nefandus dominus (Joh. 8, 34), accedit tertium et quartum nomen helle häftling (inferni captivus, Ep. Jud. v. 6) atque antiquus vel animae geniðla (insidiator cf. Grimmium ad Andr. p. 119), quae conjuncta sunt A. 1341 sq.

ongean eft sva aer eald geniðla
helle häftling hearmleóð galan

uti eodem ordine juxta collocata sunt J. 245 sq.

gléav gyrnstafa gaestgeniðla
helle häftling to þaere hâlgan spräc.

---

mum veorðað mästed legendum est: on vêstnum veorðað mästen (in desertis fient pascua, pr. saginae) nam Vulg. habet: pinguescent speciosa deserti.

6) De quo cf. Grimmius ad Andr. 1151. Phrasis open orgete A. 759 quam idem ad A. p. 115 tetigit, sic rursus legitur Cr. 1117.

7) in þâm reonian hofe E 833, in þam reongan hâm J. 530.

Phrasibus quas Cynevulfus amat adnumerandae sunt: **hearmleóð galan**, quae modo commemorata est, sic hearm galan J. 639, hearmleóð âgôl J. 615. universalior est **gid vrecan** A. 1548 ut Cr. 633. J. 719 [8]) — **of ceole oncväð** A. 555. ofer bolcan reordade A. 602 ut: þät ve oncnâvan magun ofer ceoles bord Cr. 862 [9]) atque pro crucifixit: and hine on **rôde befealg** A 1327 ut: sume ic **rôde bifealh** J. 481.

Integrae denique sententiae iisdem aut similibus verbis poeticis expressae sunt in A., quibus alias apud Cynevulfum potissimum in J. inveniuntur. Pervulgatum enim etiam Anglosaxonum poetis est, voces sonorum vinculo aut rythmi facilitate semel connexas redeunte cogitatione similiter repetere, etiamsi non insit phrasis quae dicitur epica, omnibus consueta et usitata [10]). Quem morem tantum abest ut Cynevulfus vitaverit, ut non solum per diversa carmina sed etiam in eodem poemate, adeo in eodem contextu secutus sit [11]). Tanto magis igitur unum eundemque Andreae auctorem esse inde probatur quod mox totae series sonorum congruentia conjunctae, mox plures etiam versus integri in A. ut in operibus quae Cynnvulfi nomen prae se ferunt leguntur sunt autem hi potissimum: Eala Andreas þät þu â voldest þäs sîðfätes saene veorðan A 204. ne meaht þu þäs sîðfätes saene veorðan 211 uti: Elene ve volde þäs sîðfätes saene veorðan E 220. porro: vêndon þrage hnâgran A. 1600 cf. vênde him trage hnâgre E 668, atque ex aliis poematis:

A. 1554 þär väs vôp vera vîde gehŷred
earmlîc ylda gedräg
Cr. 999 gehreov and hlûd vôp bi heofonvôman
earmlîc älda gedreag

A. 57 him väs Cristes lof
on fyrhðlocan fäste bevunden.
Jul. 233 hyre väs Christes lof
in ferhðlocan fäste bevunden

quae sententia similiter etiam in Elene legitur: þa väs Cristes lof þam câsere | on firhðsefan forð

---

8) Hoc enim loco textus traditus: þe þis gid vraece (qui hoc carmen excitaverit) Greinii conjectura gid raece (qui carmen legat) turbatur, cf. ic þis giedd vrece Cod. Ex 441, 18. 306, 1. et: hearpan hlyn âvehte C. 1077 (1080).

9) Comparatur ibi vita humana cum navigatione, ita ut homines super navis latus audiant et intelligant sibi ex portu acclamata.

10) cf. apud Cädmonem: hêht þa (on äht) beran Israela gestréon hûslfatu hâlegu on hand verum. Dan. 704 sq.: et þu for onmedlan in äht baere hûslfatu hâlegu on hand verum Dan. 748 sq. cf. et 674 cum 690. Ex psalmis rythmicis: he þa ânhornan ealra gelîcast . . . hûs timbrade 77, 68 onne ânhornan ealra gelîcost mîn horn veorðeð âhafen 91, 9. ic beo fägere beþeaht fiðerum þînum 60, 3. 62, 7. — Penes Aldhelmum de laud. virg. Opp. et Giles p. 197 legitur Spicula dum patitur longis exempta pharetris, et in aenigm p. 257: Spicula non vereor longis exemta pharetris cf. auratis . . fibula bullis p. 142 et p. 271.

11) cf. svâ lîf sva deáð, svâ him leofre bið to gefremmane Cr. 596 et: svâ lîf sva deað svâ þe leofre bið to geceosanne E 694 sq. — is seo bôt gelong eal ät þe ânum Cr. 152 = 365. — Volde gefälsian gaestes mägne Cr. 144 = 319. — þaer sio halige rôd gemêted väs, maerost beáma E 1012, in þâm sio halige rôd gemêted väs, maerost beáma ib. 1224. — môd oncyrren, âhvyrfen from hâlor Jul. 326, âhvyrfan from hâlor, ib. 360, môd oncyrre, hyge from hâlor, ib. 440. — gif hi unraedes aer ne gesvîcað. aenigm. XII, 20 gif he etc. XXVIII, 12 gif þu etc. Jul. 120. — (i c) eom aeghvaer braedre and vîdgilra þonne þes vong grêna ib. XL, 50 sq. totidem verbis iteratur v. 82 sq.

gemyndig E. 212 et in loco paulum diverso ipsius Andreae, ubi tamen eaedem voces ferhðloca et fäste sonorum concentum gerunt: ah him naman minne | on ferhðlocan fäste getimbre A. 1672. Ex Juliana rursus convenit cum

A. 1077 carcernes duru
eorre äscberend opene fundun
onhliden, hamera geveorc
J. 236 ða väs mid clûstre carcernes duru
behliden, homra geveorc.

A. 1471 ârâs þa mägene rôf, sägde meotude þanc
hâl of häfte heardra vîta;
näs him gevemmed vlite, ne vlôh of hrägle
lungre âlŷsed, ne loc of heáfde
J. 589 þa gen seo hâlge stôd
ungevemde vlite, näs hyre vlôh ne hrägl
ne feax ne fel fŷre gemaeled . .
sägde ealles þonc ·
dryhtna dryhtne.

Sed haec sufficiant [12]). Cum tot et tantae congruentiae iis accedant quas Grimmius exposuit, summa veri similitudo est, a Cynevulfo Andream esse cantatum, cujus martyrium A. 1700 sqq. breviter commemoratum iterum clariusque Jul. 307—311 laudatur.

Arctiori etiam necessitudine cum poemate de Julianae passione confecto epos aliud continetur in quo sancti Guthlaci Anglosaxonis vita oppugnata et mors gloriosa in eremo Crulandensi tredecim cantibus enarrantur, et cujus introitus Monige sindun in Codice Exoniensi statim cantilenae Christum celebranti confectaeque a Cynevulfo subjicitur. Heros hujus carminis in solitudine pie abstinenturque degens certamina a daemonibus eremi incolis illata sustinet, qui aut pollicendo aut minando et torquendo eum a vita religiosa et solitaria avertere student, animoque forti illis resistit: ut Juliana, ab amatore pagano recusato in carcere inclusa diu a diabolo instigatur, ut religione christiana relicta, regi ethnico nubat mortemque crudelem instantem cum vita jucunda permutet, ipsa autem vi divina corroborata daemonem superat et compedibus vinctum tenet, donec is qui lucida forma apparuerat, omnem fraudem detegeret. Juliana constantia sua cruciatum et mortem perpessa altius sensum movet ideoque persona carmini tragico aptior est quam Guthlacus cujus vita morbo finitur. At tamen et ipse martyr dicitur, aequa est pugna spiritualis, aequalis reportata de daemone malesuado victoria; compar igitur Julianae est Guthlacus, ita ut qui alteram cecinerat, facile induci posset, ut alterum similem sed cujus certamina interna externae quoque tranquillitati et beatitudini cessissent, celebrandum sibi proponeret.

Jam ad ulteriorem comparationem res quidam narratae eárumque considerationes, quatenus similes sunt, justo ad comparandum adhiberi nequeunt utpote ex latino fonte, ut plerumque factum est, a poeta haustae. Satis vero dicendi usus mox describendus auctorem prodit, nec deest in

12) Alia allata sunt in commentationis de Cynevulfi aenigmatibus particula altera in Hauptii Ephem. XI, 4

Guthlaco ea sententiarum historiae insertarum conformatio et exornatio quae penes Cynevulfum observatur. Inter arma quibus certamen contra malas diaboli suasiones initur, primo loco spes coelestis nominatur G 141 sqq. 771. uti J. 382—390. 212—215; constantia pii in omni infestatione aut doloris impetu in eo consistit, quod firmissime animo ejus laus Christi inhaeret: symle Christes lof in Gûdlâces gôdum môde veox and vunode G. 364, et rursus: ac him dryhtnes lof born in breostum, brondhât lufu sigorfäst in sefan G. 935 sive Cod. Ex. 159, 34 prorsus uti in Juliana: hyre väs Christes lof in ferðlocan fäste bevunden C. Ex. 256, 18 quae sententia ut supra dictum est iisdem verbis in A. 57 habetur, cf. Jul. v. 139. 275. Quod consolatione divina accepta spes patientis restituitur gaudiumque, sic in nostro carmine dicitur: hyht väs genivad bliss in breostum G. 926 uti in Juliana: þa veard þaere hâlgan hyht genivad and þäs mägdnes môd miclum geblissod J. 606, similius etiam: hyht väs genivad, bliss in burgum Cr. 592 legitur.— Corporis infirmitas per membra argillacea leomo laemeno Cr. 15, quae ex argilla (of lâme) creata sint ib. 1382, indicatur, ita eadem leomu lâmes geþacan h. e. argillae socii G. 1005 nuncupantur[13]). Simile est quod corpus animae domus (sâvelhus) 1003. 1115 dicitur, ut tabernaculum et domus Cr. v. 1482; ea autem imago a nostro ita continuatur, ut non solum recludi corpus, quando mors intrat, a tormentis dicat 1002, sed etiam ad clavis commemorationem progrediatur: feorhhord onleác searocaegum gesôht 1118, talem vero membrorum clavem Cynevulfus etiam Cr. 334 animo effinxit, similique locutione aenigm. XLIII, 12 usus est. Praeterea alia etiam comparatio corporis animaeque cum conjugibus, quorum consortium morte solvitur, in Guthlaco occurrit v. 940: þeáh his lîc and gâest hyra somviste sinhivan tu deòre gedaeldên, quae paulo fusior sed iisdem fere vocabulis est in Juliana: þonne me gedaelað deorast ealra, sibbe toslîtað sinhivan tû, micle môdlufan, mîn sceal of lîce sâvul on sîdfät J. 697 sq. Utrique porro de mortis tributo sermo est G. 959 ut J. 529, utrique denique propinare dicitur diabolus crimen aut mortem vel mortis poculum G. 964 deâðvêg, 955: feónd byrlade aerest þaere idese and heo Adame hyre svaesum vere siððan scenctc bitter bädevêg[14]), ut J. 529 ubi diabolus loquitur: ic him byrlade vrôht of vêge. Totus ille locus de lapsu protoplastorum G. 795—843 similiter brevius legitur J. 497—505. Cr. 1380—1396.

Si sermonis proprietatem respicimus, primum quaedam accedunt nova, quibus poeta veteris temporis isque ampla dicendi copia libere usus probatur. Ut enim in sola Juliana, quantum sciam, legitur grondor pro grund, hâlor pro haelo, ita in Guthlaco solo lomber pro lomb (agnus) reperitur. Ejusdemgeneris sunt: âsânian, âhneóp, bleát (praeterea nonnisi B 2824) feálog, bimûtan inþriceð. Multo plura tamen hic redeunt ex iis quae vel Elenae et Andreae peculiaria esse dudum animadversum est, vel ut ex Jul. Cristo et Aenigmatibus apparet, Cynevulfo potissimum familiaria fuerunt. Sic bryðen (cerevisiae coctio) G. 953 ut A. 1532: sorgbryðen (sic enim restituendum est pro sorgbyrðen) biter beórþegu; flacor flânþracu G. 1117 ut flacor flângeveorc Cr. 676; freorig (tristis propr. frigidus) G. 860. 1130. 1318 ut A 491; fusleóð galan 1320 ut Cr. 623. A. 1549;

---

13) Vocem geþacan, obscuram ad analogiam sollemnium compositionum: gehûsa gebenca, gebedda, geþofta, gestealla ex vocabulo þäc (tectum) interpretor ut sit qui cum alio tecto eodem utitur, contubernalis vel socius. Alii aliter.

14) Sic scribendnm esse videtur si a beadovêg (propr. stragis poculum) non est diversum, pro quo in Alfr. Bed. IV. 29 ab alio codice substituitur.

gehdu (cura) G. 1181 ut J. 391 Cr. 90 A. 1548 et saepius, gyrn G. 405. 417, 834 ut A. 1151. Cf. supra not. 6; onhaele (omnes, universi) G. 322. 505 ut Cr. 896; härn (unda) G. 1307 ut A. 531; helm ad noctem relatum in nihthelma genþu G. 943 ut in A. 123 cf. ib. 1306; hring in vôpes hring[15]); ofer deop gelâd G. 1266 ut A. 190 pro mari; laela (macula) ut A. 1443; reonig in eadem compositione, eademque sonorum structura atque A. 592 qui locus supra cum E 321 comparatus est, legitur G. 1069: väs him reste neod reónigmodum cf. A. 592, saeton reonigmode, reste gefêgon; slîþen ut slîð (horrendus) on þâ slîðnan tîd G. 965 ut on þa slîðan tîd E. 856; snûde (festinatione) G. 676 ut A. 267 et adjectivum Cr. 842; snyrian (velociter labi, vadere) G. 1306 ut E 244; gnornsorge väg G. 1309 et E. 655; tornum teóncvidum G. 419 ut torne teóncvide J. 205; to vundre vaegan G. 342 ut vîtum vaegan J. 143; vîtum vaelan G. 396 ut vîtum bevaeled A. 1361 magis consonum quam Ps. 65, 16; vlô G. 1127 cf. vlôh A. 1471 Jul. 590; dägredvôma G. 1267 ut A. 125; vräcmäcgas, quod nusquam apud Cädmonem qui tot habet de spiritibus coelo expulsis invenitur, frequens est apud nostrum G. 100. 202. 234. ut Cr. 363. E. 388. J. 260; þroht (aerumnosus) in þroht þeodengedâl G. 1324 Cod. Ex. 183, 8 ut in þroht þeodbealu Cr. 1268, alibi est subst. ut E. 703, 1265; neutrum horum verborum in Cädmonis usu fuit.

Interdum etiam duae vel tres notiones vel re vel sono vocis vel utroque vinculo conjunctae in Guthlaco eodem ordine atque in Cynevulfi aliis carminibus leguntur, ut

G. 670 Ne sŷ him bânes bryce ne blôdig vund
lîces laela, ne lâðes viht,
þäs þe ge him tô dare gedôn môtan

A. 1443 þurh bângrebec blôdige stîge
lîclaelan; no þe lâðes mâ
þurh daroda gedrep gedôn môtan

adeo ubi sententia diversa est, poetica tamen explicatio et series notionum principalium eadem est, ut ubi in G. sermo est de corpore morbis aestu inflammato, in C. de pectore amoris fervore flagrante

G. 951 väs seo âdl þearl,
hât and heorogrim, hreðer innan veoll,
born bânloca

Cr. 538 väs seo treóvlufu
hât ät heortan, hreðer innan veoll,
bearn breostsefa

qui posterior locus etiam quoad sententiam locum sibi respondentem habet hunc: at domini laus ejus arsit in pectore, brondhât lufu sigorfäst in sefan G. 936 sq. Pariter manifesta cogitationum earumque consequentiae similitudine cum tribus locis Cynevulfianis alius Guthlaci textus continetur, qui obscurum illud vôpes hring habet, quod docente comparatione nihil est nisi altus gemitus, saepius etiam clamor tinniens e pectore subito aut dolore (torne) aut laetitia (nalles for torne E. 1133) oppresso emissus, quem plerumque sequitur lacrimarum effusio (teagor veoll, tearas feollon, veoll vaðuman streám) quod ita exornatur:

---

15) Non annulus vel ambitus, sed clamoris tinnitus, ut docet verbum hringian de sono metallorum tinniente adhibitum, ut de campanarum pulsu, de loricarum strepitu B. 327. v. locos p. 8. collatos.

G. 1313	E. 1132	Cr. 537	A. 1280
him þäs vôpes hring	þa väs vòpes hring;	þär väs vôpes hring;	þa com vôpes hring
torne gemonade,	hât heáfodvylm	torne bitolden	þurh þäs beornes breost
teagor ŷðum veoll,	ofer hleór goten,	vâs seo treóvlufu	blât ût faran,
hâte hleórdropan;	nalles for torne	hât ät heortan,	veoll vaðuman streám[16])
	tearas feollon	hreðer innan veoll.	

Licet oratio variata sit, tenor tamen ejus his locis aequalis certam cogitandi dicendique consuetudinem, unumque esse scriptorem prodit.

Quae sententia et inde quod aliquoties non solum cogitationes sed etiam verba ipsa per hemistichia et vel per totos versus congruunt, haud mediocriter confirmatur. Unum quod G. 714 legitur smolt väs se sigevong et sola scribarum varietate diversum: smeolt väs se sigevang A. 1581 ad formulas epicas quae dicuntur referri potest; singularia tamen gravissimique propterea momenti sunt:

G. 375 he hine scilde við sceððendra
eglum onfengum
Cr. 760 þa us gescildað við sceððendra
eglum earhfarum.

cui simile est Cr. 779—781 Jul. 214. — In prooemio denique carminis solitario religioso a diabolo invido terrorem saepe inmitti iisdem verbis dicitur quibus de se ipso gloriatur diabolus in Juliana:

G. 55 Oft him brôgan tò
lâðne gelaedeð se þe him lîfes ofonn
J. 376 sva ic brôgan tô
lâdne gelaede, þâm þe ic lîfes ofonn.

Quae cum ita sint, Guthlacum ab eodem compositum esse qui Julianam, Elenam, Andream, Cristum cecinit, vix dubium esse potest.

Jam vero ab horum carminum nexu etiam Phoenix separari nequit, quod poema in codice Exoniensi sequitur Guthlacum, interjecto solo brevi illo Asarjae cantu. Duabus partibus hoc opus cum allegorica fabulae translatione tum ornatu poetico illustre constat, ut brevius Lactantii quod fertur carmen heroicum eodem nomine inscriptum, quod poeta noster libere circumscribendo amplificavit. Prioribus quinque cantibus fabula ipsa de avis patria amoenissima, de migratione longinqua et mira illa vitae et juventutis restitutione igne facta lucida dictione exponitur. Altera parte, cantu nimirum sexto usque ad nonum, natura avis ejus excellentis modo cum beatitudine hominum electorum, modo cum statu glorioso servatoris e mortuis revocati comparatur, sed ut summa et principalis significatio spectatur et enarratur quae mundi combustionem secutura sit mortuorum resuscitatio, et sanctorum agmen triumphale a rege coelesti praeeunte in veram patriam deducendorum, ubi ab omni malo intacti, bene pieque factis splendentes ad instar phoenicis colorem aureum, in pace domini sui sint victuri. Jam hoc argumento considerato animus advertitur

---

16) Hyperbolice non de sanguine quem Greinins in versione cogitatum opinatus est, sed de lacrymis quas loci paralleli habent cf. Guthrunarquida str. 16. Epitheton vero blât quod non est raucus ut G. posuit, sed lividus, nullo modo cum tinnitu (hring) conjungi potest, mutandum igitur videtur in bleât, (miser) quod legitur B. 2824 et G. 963.

ad poema a Cynevulfo de Christi triplici adventu confectum, ubi post nativitatem ejus salutiferam, magnificumque in coelis adventum, maxime poeta in rebus extremis exornandis est, quae reditum salvatoris antecedunt et sequuntur, a flammis inde mundum devoraturis, tubisque deinde mortuos ex sepulcris evocaturis usque ad judicium ad crucem coram omnibus erectam habendum, separandos malos a bonis tandemque animas puras in aeternum eumque beatum dei aspectum deducendas.

Quo accedunt sententiae singulae in utroque poemate similiter expressae. Paradisum a primis hominibus perditum (Phoen. 393—423, 437—442) cum diutissime occlusus mansisset, a filio dei rursus apertum esse per adventum ejus in hac terra þurh his hidercyme eft ontŷnde, legimus Phoen. 420. Sic in altero Christus res humanas restituisse et laetiores reddidisse dicitur þurh his hidercyme Cr. 142. 367. 587 atque similiter ibi ut aureas portas diu ante clausas per adventum suum reseret invocatur: geblissa þurh þinne hercyme, haelende Crist; and þa gyldenan geatu, þe in geardagum ful longe aer bilocen stôdan, hât ontŷnan Cr. 250 sqq. Porro prorsus similis est paradisi descriptio terrestris Phoen. 50—70, coelestisque ib. 589 inpr. 611 —617 atque est in Cr. 1635—1665, inter alia mala quae ibi esse negantur est hungor se hâta ne se hearda þurst Ph. 613 ne sorg ne slaep ne svâr leger 56 ut Cr. 1661: nis þaer hungor ne þurst, slaep ne svâr leger, et plura etiam in laudibus paradisi cum Guthlaco conveniunt de quibus infra. Hic denique nominanda est memorabilis ista phoenicis ipsius comparatio cum servatore in carmine de Christo v. 633—658, quae fit eodem Jobi loco tanquam vaticinio adhibito, quo et auctor Phoenicis utitur v. 546—569 secundum opinionem mediam per aetatem vulgatam [17]). Cogitationum similitudine Phoenix etiam cum Guthlaco conjunctus est, quo pertinet mortis comparatio cum milite armato Ph. 485 sq. ut G. 1006. 1117. et inter alia etiam forma qua in utroque carmine post primorum hominum inobedientiam enarratam ad rem principalem continuandam reditur: Multi tamen fuerunt qui vita sancta dei voluntatem implerent Ph. 443 —450 ut G. 844 sqq.

Praeterea eaedem hic formulae epicae obviae sunt, quas amat Cynevulfus, ut onbryrded breostsefa blissum rêmig Ph. 126, quod est in Guthlaco onbryrded breostsefa blîðe gaeste G. 306, alibi inbryrded breostsefa E. 841. 1046. þa väs Matheus miclum onbryrded A. 122 et rursus breostum onbryrded Ph. 550 ut G. 626. A. 1119; breostum inbryrded J. 535, quarum locutionum neutra est apud Cädmonem; porro: forst caldum cylegicelum cnyseð Ph. 69 ut freorig cealdum cilegicelum A. 1261. Deinde deal, cuius vocis significationem primus J. Grimmius ad Andr. p. 126 recte constituit, in feðrum deal Ph. 266 ut A. 1097 äscum deal, et beágum deall Aenigm. XXXII, 12 et fiðrum dealne C. Ex. 332, 21 (Vyrd v. 88). — heafelan lixað Ph. 604 ut of þäs haelendes heafelan lixte Cr. 505 — sigora sôð cyning Ph. 329. 493 ut Cr. 1229, et semel apud Cädm. v. 1797 secundum meam emendationem. — smylte väs se sigevong Ph. 33 uti smolt väs se sigevong G. 714 et A. 1581. — fŷr bîð on tihte, äleð uncyste Ph. 525 prorsus ut: brond bîð on tyhte, äleð ealdgestreon unmurnlîce Cr. 812. —

17) Job XXIX, 18 Vulg. Dicebamque in nidulo meo moriar et sicut palma multiplicabo dies; coll. v. 20: Gloria mea semper innovabitur. Interpretes veteres Judaici etiam nomen habent, pro hebr., sicut arena' vertentes sicut phoenix cf. Boch. Hieroz. P. II. l. VI. c. 5, unde natum est illud: sicut palma (φοίνιξ).

ealra þrymma þrym deus dicitur Ph. 628 ut Christus E. 483. G. 1076. Cr. 726 iisdem verbis, et ealra cyninga cyning Cr. 1682.

Rariores voces et phrases Cynevulfo suetae non minus huic carmini insunt ut finta Ph. 506. J. 606. fŷrbäð Ph. 437. Cr. 831. 986. E. 948 cf. J. 581. fŷres feng Ph. 215. ut E. 1287; äpplede gold Ph. 506 ut J. 688. E. 1260. onsyn (penuria) Ph. 55. 398 ut G. 799 et alibi, etiam Ps. 142, 6. salor, soler Ph. 204 ut E. 383. 551. snûde Ph. 488 ut E. 154. beteldan (obtegere) Ph. 273. 339. 555 ut Cr. 538. A. 988 et alia.

Neque desunt in Ph. enuntiationes integrae redeuntes in aliis poetae nostri operibus, ut

Phoen. 584 somod sîðiað sâvla mid lîce
Cr. 821 somed sîðean sâvel in lîce

cui convenit etiam illud: þenden gâst and lîc geador sîðedon J. 714, quod commune iter ulterius describitur aenigmate XLIV; deinde ubi paradisi campi depinguntur

Ph. 397 nemnað neorxna vang, þaer him naenges väs
eádes onsŷn
G. 799 on neorxna vong, þaer him naenges väs
villan onsŷn

quod redit etiam Ph. 55: ne velan onsŷn, ubi antecedit: ne se enga deâð ne lîfes lyre, ne lâdes cyme ut G. 801: ne lîfes lyre, ne lîces hryre . . ne deáðes cyme cui Guthlaci loco rursus similiter contextus est Ph. 645: äfter lîces hryre lîf eft onfeng. — Haec denique poeta de extremi judicii tempore loquitur:

Ph. 516 vel bîd þâm þe môt
on þâ geomran tîd gode lîcian
Cr. 1080 vel is þam þe môton
on þa grimman tîd gode lîcian

His itaque rationibus adductus etiam Phoenicem Cynevulfo adjudicandum censeo.

Tria alia minora carmina allegorica, quae junctim leguntur Cod. Ex. 355, 36—366, 23, in quorum primo de panthera, altero de balaena agitur, tertio de ave quadam mira, nunc incerta, cum post initium tertii folium unum aut plura desint, et in extremis versibus translatio tantum spiritualis sit servata [18]), sine dubio fragmenta sunt Physiologi poetici, quae unum olim carmen, sive tripartitum sive pluribus cantibus constans, et ad unum eundemque auctorem referendum efficiebant.

Etenim ultimi carminis exitum, qui prorsus universalem hortationem moralem continet, sequitur Finit, qua nota in libris manuscriptis longior sectio, non unum singulum carmen terminari

---

18) Physiologus ille theodiscus (in Hoffm. Fundgr. 1, 35) et Diut. III, 22—39 quo comparato Greinius in folio perdito perdicem (ut Diut. III, 37) descriptam fuisse existimavit, pantheram quidem continet, minime vero balaenam. Ejus igitur exemplar latinum non fuit ille fons unde auctor physiologi anglos. sua hausit, cujus in descriptione etiam pantherae plura sunt quae ibi desiderantur, ut tunica Josephi et in extremis versibus locus Paulinus. Omnes mediae aetatis physiologi latini e graeci cujusdam patris libro de naturis animalium promanarunt. Cui graecae origini propior adhuc est noster quod apparet ex grandis istius balaenae nomine fastitocälon cujus pars altera τὸ καλὸν est, prior fortasse ἄστυ. Narrationem ipsam reperi in vetere anglico Physiol. quem edidit Wrightius in Hauptii altd. bl. 1840 II. p. 113 ubi balaena nomen est Cethegrande, et nautae similiter in eam descendere dicuntur quia „an eilond he wenen it is.“

solet. Jam vero et interior contextus idem est per omnia, praeit enim in primo carmine introductio universalis v. 1—8, quam sequitur transitus ad rem ipsam utpote libris traditam audituque inde acceptum (ve hŷrdon . . secgan), in introitu autem secundi et tertii carminis poeta diserte pronuntiavit, se priora quaedam continuare, cum uteretur particula gen (adhuc, porro) ubi dicit: Nu ic fitte gen ymb fisca cynn ville vôðcräfte vordum cŷðan Cod. Ex. 360, 5 et tertio loco: Hŷrde ic secgan gen bi sumum fugle. Sequitur igitur ut qui de ave mira dixit, idem etiam ex piscibus balaenam, ex quadrupedibus pantheram cantaverit.

Hunc vero poetam eundem fuisse cum auctore Phoenicis, Guthlaci, Julianae, inde probabile est, primum quod illi carmini nostrum simile est allegoriâ, rerumque naturalium expositione et tractatione, his posterioribus autem intentione et consilio. Cum enim pantherae tres dies post pastum sumtum dormientis, tunc vocem gratam suavemque odorem edentis significatio sit Christus e mortuis post tres dies reversus, sacrificiumque boni odoris (Eph. V. 2) et multa dona (ib. II, 8) largitus, balaenae vero natura fallax, qua prae magnitudine et quiete insula videatur nautasque egressos submergat, et qua aperto rictu odorem dulcem exhalet ad pisces alliciendos, diaboli seductoris fallacias repraesentet, apparet poetam id spectare, ut ab illecebris mundi malisque suasionibus animos avertat et ad intimum dei amorem veramque erga servatorem gratitudinem perducat, quod idem fit in carminibus modo dictis.

Accedit manifesta dictionis similitudo. Jam introitus carminis: Monige sindun geond middangeard unrîmu cynn convenit cum introductione Guthlaci iisdem etiam verbis incipiente: Monige sindun geond middangeard hâdas under heofonum. Ex sola balaenae descriptione haec prodeunt Cynevulfiana: v. 23 reonigmôde, reste gelyste, ut reonigmôde reste gefêgon A. 592. vâs him reste neód, reonigmôdum G. 1068 sq., deinde v. 28 vox singularis nôð [19]) adhibita est quae hucusque nonnisi J. 343 lecta est, tunc v. 39 flâh feond gemâh ut fâh feond gemâh Ph. 595; porro v. 46 gôda geâsne ut gôda gaesen E 924; geásne gôda J. 216: accedit v. 50 väterþisa vlonc, cui nonnisi ex Cynev. conferri possunt brimþisa, mereþissa et väterþissa G. 1303 (ubi scriptum est þisva), v. 78 hlinduru ut fore hlindura A. 995.

Praeter has physiologi reliquias et alia quaedam minora carmina, ut quod eas in codice antecedit, summum sonorum artificium, in quo illud sic transit gloria mundi graviter luculenterque exponitur, Cynevulfi esse probabile reddi potuerit. Missis tamen his quae ad primarium propositum ut aetas poetae illustretur, parum conferre videantur, pergo ad hanc quaestionem ipsam tractandam, cui quae modo exposita sunt fundamenti loco erant praemunienda et subjicienda.

Cynevulfum quem Jac. Grimmius ad saeculum octavum retulerat aequalem auctoris Beovulfi, scriptores Anglici eundem fuisse dixerunt qui vulgo Kenulfus abbas Burgensis nominabatur, ergoque in confinio saeculi X et XI floruisse, etenim Kenulfus ex abbate Burgensi (992—1006) episcopus Wintoniensis factus mortuus est anno 1007 [20]), cum episcopatum non multo ultra

---

19) Syllaba producta efferenda, cum posita sit pro nanth ut sôth pro santh, et originem sistat verbi nêthan ut sôth verbi séthan, significans impetum vel aggressum audacem et audaciam ipsam; cui respondet theot. vet. nand (audacia, temeritas) quod est in nom. propr. Herinand, Ferdinand Graff. II, 1093.

20) Annus 1006 dicitur a Florentio Wig. et in Chronici Sax. cod. Land, sed ex testimonio chartarum a Kemblio

annum tenuisset. Sic Cynevulfus poeta aequalis et amicus Aelfrici celeberrimi praedicatoris et Veteris Test. interpretis fuisset, qui Kenulfo episcopo biographiam Ethelwoldi dedicavit.

Inter argumenta pro hac sententia prolata speciosissimum erat, quod in poemate Cynevulfi quo Christus cantatur, locus est de universa creatura dominum suum agnoscente praeter hominem lapide duriorem, qui locus plenior est in una Aelfrici homiliarum et exemplum illius fuisse videtur. Sed utrumque potius e communi fonte hausisse, nimirum ex homiliis Gregorii, apud Anglos celebratissimi et fere apostoli loco habiti, quem Cynevulfus in eodem carmine secutus sit, alibi a me jam est demonstratum [21]). Admodum infirma sunt quibus praeterea probare volunt Cynevulfum poetam et Kenulfum abbatem et episcopum eundem esse.

Ut enim veri aliquid subsit laudibus illis apud Hugonem Candidum, quae propter temporis diversitatem et loci, monasterii scilicet Petroburgensis, communitatem obstante aliorum vituperio perquam suspectae sunt [22]), nihil ille ad probandam Kenulfi sapientiam Salomonicam, quam dixit, in medium proferre potuit, quam quod magno studio »libros emendaverit.« Satis autem notum est, libros emendare apud scriptores mediae aetatis nihil aliud esse quam libris latinis aliorum recte transscribendis interdum etiam et amplificandis et decurtantis operam dare, quod saepe vero auctore suppresso proprioque nomine operi praefixo factum est. Minime vero ita loqui potuit qui poetam tot carminibus a se ipso compositis celebrem vernaculoque sermone usum, quales Caedmones, Aldhelmi, Cynevulfi fuerunt, volebat commendare. Praeterea Kenulfus abbas et postremo episcopus, antequam ad tales dignitates ecclesiasticas eveheretur, vitam monachicam Wintoniae egerat, at Cynevulfus poeta non intra monasterii moenia adoleverat, sed ut ipse in Elenae epilogo diserte dixit, et satis in aenigmatibus suis prodidit, saecularem diu vitam agens, peregrinando arcesque principum visitando, cantum inter populares coluerat, antequam ordine sacro sumto, ut literarum studia poesinque mere ecclesiasticam exerceret in solitudinem se reciperet.

Aliquanto gravioris momenti ea primo obtutu esse videntur, quae ex poeseos Cynevulfi interna indole et ratione in medium prolata sunt ad recentiorem certe aetatem comprobandam, quae evidenter ab antiquitate carminum epicorum ut Beovulfi, longe distaret. *Kemblius* ubi contra Grimmii sententiam opera poetica codicis Vercellensis Kenulfo Petroburgensi vindicare studet, ita pergit: He died in 1014 [23]) and according to my view is more likely to have composed these poems than an earlier author. For from internal evidence it seems to me that the Vercelli poems are not referable to the old and purely epic period. There occurs from time to time something of the

---

editarum 1005 Kenulfus adhuc abbas fuit, successor ejus in episcopatu Wintoniensi Ethelwoldus primum a. 1007 modernus episcopus nominatur, antecessor Elphegus sive Aelfheah 1006 demum ep. sedem reliquit.

21) In Hanptii eph. a. 1853 IX, 212 cf. 204. contra Thorpium The Homilies of Aelfric. (1844) Vol. I p. 622. Locus Gregorii, Opp. ed. Bened. I p. 1468 incipit a verbis: „Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt", et respondet versibus Cr. 1128—1189.

22) Apud omnes enim constat Guilielmum Malmesburiensem, ubi vituperat pontifices et monachos, ibi potissimum audiendum esse, hic autem in libro de gestis pontificum ed. Savile p. 139b Kenulfum argento episcopatum Wintoniensem sibi comparasse narrat, quam maculam Hugo Candidus in suae sedis abbate delere voluisse videtur cum diceret: donec post annum quatuordecimum rapitur magis quam eligitur ad pontificatum Wintoniensis civitatis.

23) Error manifestus pro 1007 cf. not. 20, inde fortasse obortus quod Kenulfus commutatus est cum Ethelwoldo juniore, successore ejus, qui 1014 mortuus est — Tota autem argumentatio Kemblii deprompta est ex ejus libro The poetry of the Codex Vercell. p. IX.

poet's own personality and there is also a more lavish use of ornaments than was required in the truly national epos. To this, probably, similes were originally unknown, being replaced by metaphors; Beovulf has but two and the much later nibelungenôt but two or three: in the Vercelli poems there are several and one or two which have a smack of abstraction about them strongly indicative of an advanced (and corrupt) state of civilization. A fresh and lively natur which does not analyse the processes of thought, but trusts itself and its own feeling, can venture for exemple, to call a ship a seabird without checking itself, and saying that it goes along ‚like a seabird'.

Postrema hac observatione respicitur Andreae locus v. 497: fâred fâmigheals fugole gelîcost h. e. navis spumato collo praedita progreditur avi simillima, ubi vis argumentationis in eo a Kemblio ponitur, quod poeta addat vocem similiter, simillime, neque imagine sententiae ipsi inserta utatur, multumque sane superstructum est huic usui, si sequi inde vult poetam in cogitationum suarum analysin pronum, atque provectiorem eumque corruptum cogitandi sentiendique statum qui cum animi cultura progrediente conjunctus esse soleat. Ille enim qui agitur usus dicendi omnibus Anglosaxonum poetis iisque antiquissimis communis est, non solum Cynevulfo consuetus, ut in fugle gelîcast Phoen. 585, vätre gelîcost A. 954, vinde gelîcost E 1272, sed etiam Alfredo: hveole gelîcost met. Bo. XX, 217, Caedmoni, ut: vedere gelîcost 1865, ealles gelîcost efne þonne 3793, vord spearcum fleáh âttre gelîcost C. II, 164; psalmis rhythmicis XLIV, 2, LXXVII, 68. LXXXIX, 4. XCI, 9 neque minus ipsi Beovulfo: stŷle gelîcost 985, hit eal gemealt, îse gelîcost 1608, et qui locus supra dicto prorsus congruit: gevât þâ ofer vaegholm vinde gefŷsed flota fâmigheals fugle gelîcost B. 218. Itaque nihili est argumentum illud, quo si verum esset, esiam Beovulfus inter carmina saeculi decimi et undecimi collocaretur.

Deinde largior usus ornamentorum revera quidem Cynevulfi in carminibus reperitur, quatenus in imaginibus quibusdam, in epithetis ornantibus et in compositionibus descriptioni servientibus consistit, sed magis eum prodigum esse quam epos antiquum requireret aut ferre posset, non est a Kemblio probatum, neque probari posse videtur, cum maxima pars carminum heroicorum vere popularium apud Anglosaxones ut apud Francos, Alemannos sine dubio perierit, neque ulla norma ad quam Anglorum poesin epicam saeculi octavi metiri quis possit nobis supersit nisi Beovulfus, in quo ornatus poeticus minime desideratur, neque ullo modo parcus tenuisve dicendus est. Si quid amplior et prolixior in exornando est Cynevulfus, vituperium et junioris aevi indicium modo foret, si luxuries in oratione ejus rebus enarratis et depictis aliena ostendi posset, sed in tanta sententiarum copia qua opera ejus insignia sunt, ornatus dictionis non est fucus vanus, sed eleganter cogitatorum expressio apta et decens amictus, ingenii ubertatem prodens.

Vera differentia inter poesin veterem heroicam et omnia fere Cynevulfi carmina ea est quam Kemblius primo loco posuit, quod in his interdum poeta de se ipso sermonem faciat, ita ut persona ejus quasi in scenam prodeat. Factum id est plerumque in fine carminum, ut in Elene Juliana et Cristo, ubi poeta lectorem auditoremque aut martyrem orat, ut pro ipso apud deum summum judicem deprecetur, qua occasione data semel, in exitu Elenae, etiam vitae ante actae mentio fit, praeterea in aenigmatum primo nomen suum circumscripsit, quod reliquis in locis modo dictis signis runicis indicavit. Hoc discrimen ulterius etiam extenditur ad describendi exponendique modum, cum enim poeseos popularis epicae sit, in rebus gestis ipsis enarrandis et depingendis consistere, noster ex numero eorum poetarum est, qui res suas una cum sensibus quos movent exponere amant (subjective Dichter), unde persona eorum cum magis afficiatur, magis etiam auditori se offert et ostendit, narratio autem ipsa quae priore casu posito pure epica est,

altero lyrico quasi colore tingitur, id quod maxime valet de Cynevulfi Cristo. At ea proprietas nequaquam per se est recentioris aevi nota, nisi forte Otfridi poema cujus Crist est titulus, propter eandem indolem abjudicari debeat saeculo eidem, quo Heliandum, poema mere epicum et ut verbo utar objectivum, compositum esse constat. Redit igitur hoc discrimen ad diversam res cogitandi exprimendique rationem, diverso vitae genere natam. Ut Otfridus qui multa de se suoque populo est praefatus, monachus fuit, ita Cynevulfus certe ex laico clericus factus est, Lactantii, Gregorii aliorumque scripta addidicit et usurpavit, atque inter suos exemplum Aldhelmi († 709) secutus est, cujus ex aenigmatibus modo liberius modo strictius in sua transtulit [24]), Aldhelmi autem persona in operibus ejus non minus conspicua fit, ipsum nomen in praefatione aenigmatum poetica acrosticho innexum est.

Jam vero remotis iis quae antiquiori Cynevulfi aetati objecta erant ex operum ejus indole aesthetica, progredior ad argumenta unde verum ejus saeculum constitui potest, quorum primum, quod mihi quidem minime incertum videtur, est linguae ratio qua poetae nostri opera cum Beovulfo carmine aequalia, Caedmonis poemate quale nunc habemus paulo tantum vetustiora esse, Alfredianum saeculum vero omnino superare judicanda sunt. Plurima indicia vetustatis Grimmius ex linguae conformatione in Elene et Andrea p. XLVII composuit, quae alii ad dialectum quam dicunt poeticam per plura saecula constantem [25]), alii ad dialectum Northumbricam, utpote Cynevulfo e sepentrionali provincia oriundo nativam referri posse arbitrati sunt. Argumenta pro tali patria hucusque prolata minime sufficere, alibi demonstravi [26]). Posito tamen haec carmina primitus northumbrice scripta, tunc uti jam leguntur in dialectum occidentalium Saxonum, apud quos erat sedes imperii, conversa esse, singulae quidem fortasse voces et dictiones e dialecto illa retineri potuerunt, minime tamen totus verborum habitus grammaticus. Diutius v. c. duraverunt apud septentrionales Anglos formae pronominum quales sunt mec, þec, usic, eovic, quae adhuc in evangeliis northumbricis juxta formas abjecto C et JC reperiuntur transeuntes in meh, þeh, usih, iuvih, at in dialecto Saxonum occidentalium eae jam saeculo nono exeunte obsoleverant, et decurtatae formae unice suetae erant, quas solas etiam poesis Alfredi habet [27]). Ergo scripta Cynevulfi, in quibus formae plenae usu longe praevalent brevioribus, ut res se habet in Beowulfo, ante tempus Alfredi ponenda sunt. Idem confirmatur inde quod complures voces per omne tempus vulgatissimae, in quibus crescente loquendi velocitate seriore aetate sonus aliquis elisus est, etiam integrae servatae sunt, quarum contractio Alfredi aevo ita confecta erat, ut et poeticae dictioni unice forma depravata suppeteret, quae plerumque jam Cynevulfi tempore incrementa coepit qualis est vox meord, contracte mêd (merces) [28]). E contrario voces recens effictae ut hogian

---

24) Hausit enim aenigmata et ex traditione popularium et ex libris latinis Symposii et Aldhelmi, quod probatum est in Haupt. Eph. XI, p. 450 sqq. ubi quid Aldhelmi sit p. 454—456 compositum legitur.

25) Prosam orationem tantum differre a poetica apud Anglosaxones, quantum duas diversas dialectos Kemblius asserebat l. p. IX.

26) In Ephem. Eberti a. 1859 fasc. 2. p. 242—245.

27) Solitaria res est, quod apud Alfredum in Bed. V, 1. semel usic occurrit inter sexcentos accusativos formae us. Genitivi bega et tvega, qui in communi usu dudum cesserant formis begra, tvegra, interdum etiam sac. IX et X admissi sunt, non solum forma begea, tvegea (Wanl. cat. p. 176) sed etiam tvega Dipl VI, 131. ôðer tvega Ps. 44, 7. Byrhtn. V. 207. at tunc temporis semper me, us, non amplius mec, usic dicebatur; ceterum junioris temporis regula singulis formis ex antiquitate residuis non tollitur.

28) Goth. mizdô. Evanuit sonus hac in voce etiam apud Saxones (mêda) et apud francicas gentes, multo magis

ex praeterito hogde hogode, aut juniore demum tempore susceptae, ut hopa et hopian in universa Cynevulfi poesi non extant, quae inde ab Alfredo frequentissimae sunt [29]). Taceo verborum flexiones apud eum obvias quae mox perierunt, praetermitto nominum derivationes tanta ambitu nusquam praeterea adhibitas, relinquo synonymorum copiam vocabula alibi inaudita complectentem, quorum nonnulla supra ex Andrea, Guthlaco et Phoenice tetigi, exemplis quibusdam sat habeo probasse, non dialectum sed potius temporis distantiam ad explicandam linguae illius diversitatem, quae in majore et ubertate et integritate posita sit, sufficere.

Accuratius alicujus libri aetas circumscribi potest, si ex iis quae in eo continentur tempus auctoris colligere licet. Plerumque Cynevulfus res gestas antiquitatis ecclesiasticae remotae enarrat, ut in Elene, Juliana, Andrea, semel tamen etiam res sui temporis arte paratas largius descripsit, nimirum in aenigmatibus, sed mitto arma, instrumenta, utensilia Beovulfi saeculum referentia [30]), ut ad argumentum distinctius et certius transeam. In uno enim carmine epico, supra ei vindicato, personam historicam sui populi, cui ipse sine dubio certe propior tempore erat, laudibus effert, Guthlacum sanctum dico, qui in eremum secessit anno 700 aut 699, ab Hedda episcopo Legecastrensi post annum 705 sacerdos inauguratus, et notante Mabillone anno 714 die XI mensis Aprilis mortuus est. Poeta in enarranda viri sancti vita et morte jam scripto libro, ut ipse professus est v. 499 et 850, utebatur; prima et celeberrima Guthlaci biographia, quae inter Acta sanctorum recepta etiamnum superest, a Felice monacho Girvasiensi composita, multo quidem prolixior est, in summis tamen rebus et versus finem etiam in singulis ita cum carmine consentit, ut vix dubium esse possit, quod plerique statuunt, inde potissimum poetam sancti Crulandensis lineamenta sua hausisse. Jam vero quantum internis rationibus concludere licet, Felix, qui tempore Cissae ejus qui Guthlaco in habitatione solitaria successerat, adhuc inter vivos erat, secundum Mabillionem mox post 735, aliis autoribus paulo prius, extremo termino posito ante 750 librum suum conscripsit [31]), unde sequitur, poema inde haustum post medium saeculi octavi ortum esse, non sequitur quam multo post. Sed sunt etiam in ipso poemate quae probent, autorem ejus haud ita longo temporis spatio interjecto vixisse. Non enim solum in universum nostris, ait, temporibus summus ille miles Christi floruit (v. 372), nostra memoria dei

---

tamen Anglosaxones ad ejus abjectionem proclives erant (cf. specan, mâ, leng, bet), uti jam in Caedmone tantum imêd legitur, eademque proclivitate transitus praeteriti Cynevulfiani reord (E 1023) in vulgarem formam rêd ntelligitur.

29) Ulterius id a me demonstratum est in Hauptii Eph. IX, 216—218.

30) Qualia sunt e. g. molae manu versae (51), textura ex jugo de alto dependens (57), galea larvae formam gerens (79) ut grîmhelm Beovulfi, aedium tecta cervorum cornibus ornata (85) qualis in Beovulfo aula Heorot fuit, et alia. Neque obstat quod atramenti mentio fit ex arbore nati (beámtelg 27, 9), nam contra scriptores multos qui pervulgarunt, atramentum e nucibus gallis et vitriolo ferri confectum non ante saeculum nonum usu venisse, libri palimpsesti docuerunt tale jam inde a saeculo secundo adhibitum fuisse, cf. Fried. Mone de libris palimps. Carolsr. 1855 p. 39. Ceterum auctore Theophilo presbytero etiam e corticibus coctis parabatur.

31) Mabillon in praefatione edit. in Act. Sanct. Bened. saec. III, I p. 263—284 cf. Wright Biogr. Brit. Lit. p. 247; ultimae rationis causa haec est. Apud Felicem legitur c. 39, regni Ethelbaldi (716—755) felicitatem „usque in hodiernum diem" crevisse; in Saxonum Chronico autem narratur, eum 733 Sumertunum expugnasse, 737 Northumbriam devastasse, 743 adversus Britones dimicasse, sed 752 a Cuthredo rege fugatum et expulsum esse. Ergo qui dixit, regis Ethelbaldi felicitatem continuo huc usque crevisse, potuit id quidem jam post 737 dixisse, non potuit post 752.

voluntatem consummavit (v. 848 sq.), nos miraculorum ejus testes sumus, omnia ea nostro tempore acciderunt, unde nemo dubitare potest (v. 720—726), sed fando etiam se talia accepisse dicit v. 79, quae ad vitam ejus spectabant: hvät ve hŷrdon oft, þät se hâlga ver in þa aerestan äldu gelufade frecnessa fela, imo aequales Guthlaci adhuc superesse prodit, ubi dicit v. 124 sqq.

He gecostad veard
in gemyndigra manna tîdum,
þâra þe nû gêna þurh gaestlicu
vundor (hine) veorðiað, and his vîsdômes
hlisan healðað

h. e. Ille tentatus est recordantium hominum temporibus, talium qui etiam nunc propter miracula spiritualia eum honorant et sapientiae famam conservant. Hinc manifestum est, poetam ipsum quidem post mortem Sancti natum, non amplius ei aequalem fuisse, sed homines quosdam notos, longius ipso aetate provectos adhuc fuisse superstites, qui, forsitan pueri, eremitam pium viderint et certamina sua docentem audiverint. Tales autem cum Guthlacus 714 decessisset, ultimosque vitae annos tranquillus egisset, vix post annum 780, nullo modo post exitum saeculi inter vivos esse potuerunt. Veri igitur simile est, poema quo Guthlacus celebratur ante annum 780, et post vulgatum Felicis librum, ergo post annum circiter 760 ortum esse. Quod si Guthlaci carminis auctor, uti argumentis supra prolatis comprobavimus, est Cynevulfus, sequitur, neutiquam multum a Jacobi Grimmi sententia de aetate ejus lata discedi posse: efficitur enim poetam post annum 714 natum esse, neque igitur ipsius Aldhelmi († 709) discipulum, uti Grimmius auguratus erat ad Andr. p. LI, fuisse posse, sed posteriore saeculi octavi parte floruisse.

Si externa quae dicuntur testimonia circumspicimus, unde ejus aetas constituatur, in exiguum gyrum compulsi sumus, solam enim codicum auctoritatem provocare licet, quorum huc usque duo tantum noti erant, qui opera ejus continerent. Prioris autem, Exoniensis codicis, qui plurima ejus carmina complectitur, ope omnino destituimur, cum ineunte demum saeculo undecimo ex antiquiore descriptus sit. De altero libro manuscripto Vercellensi, in quo Elene et Andreas poemata reperta sunt, certe nihil constat, Grimmius enim ad A. p. XLV eum ad finem saeculi noni referri posse censuit, sed brevi tantum quod ipse queritur specimine viso; Anglis, quod ex conjectura ab iis de auctore facta patet, multo juniorem aetatem admittere videbatur. Jam vero fragmento Cynevulfi licet exiguo, quod prolaturus sum, tertius accedit codex Lugdunensis, cujus de aetate quidam jam sententiam tulerunt, et cum locus quo asservatur, non adeo sit remotus, plures etiam nostratium ferre possunt.

Ipsum quidem Fragmentum Lugdunense jam 1845 exscriptum typisque mandatum erat a Bethmanno clarissimo in Hauptii Eph. tom. V p. 199, una cum anglosaxonicis nympharum nominibus, quibus spatium vacuum post argumenti conspectum in eodem codice repletum erat. Sola haec nomina recte expressa erant, fragmentum vero incipiens Mec sevetam, quod lectionis difficultate, dialectique proprietate omnino excusatur, tam mendose prodiit, ut linea tertia spectata *Uundnae membra d'ue flae mic uar phebae uiðerih ðrea ungiði* dubitari potuisset, qua lingua scriptum esset, atque ut denuo codicem inspicere ad textum perspicuum parandum necesse esset, id quod eo magis ipse desiderabam, quum aenigmata codicis Exoniensis tractans simile initium tricesimi sexti recordarer, et sentirem, hoc testimonium, quod etiam editorem aenigmatum novissimum latuit, si omnia aut pleraque cum textu Exoniensi consentirent, fore gravissimum. Benevolentia

viri excellentissimi W. G. Pluggersi, professoris Lugdunensis, bibliothecae publicae Batavae praefecti primarii liber ille manuscriptus per aliquot tempus mihi commodatus est, quod gratissima mente agnosco.

Ex bibliotheca Isaaci Vossii comparatus Lugdunum Batavorum venit codex latinus Symposii et Aldhelmi aenigmata continens, qui nunc signatus est Voss. Q. 106, constans foliis 24, formam quartam, externa specie octavam majorem referentibus, iisque membranaceis. Tegumenti loco antiquior membrana, ex utroque latere scriptore de re musica completa, circumvoluta est, cui in parte libri adversa vetere manu inscriptum est *Symphosij aenigmata* et mox recentiore: *sed et post folia VII sequuntur pluribus illa Aldhelmi et in medio* (scil. in folio primae registri Ald. paginae acu infixo) *interjacet folium quoddam quod pertinet ad papas Romanos et quot annis quisque illorum sederit.*

Hac ex membrana, ut scripturae specimina exhiberem, duos locos depinxi lapidique incidi curavi, qui tabula annexa repraesentati sunt, et quorum prior, aenigma Aldhelmi quadragesimum quintum *de fuso quo fila torquentur* una cum fine praecedentes de igne inscripti sistens[32]) ex medio codice desumtus est, posterior, qui paginae ultimae lineas 16 extremas ante oculos ponit, infra valde detritas, a dextra parte etiam maculis quibusdam adpersis turbatas, tria complectitur, primum duos versus postremos ultimi Aldhelmi aenigmatis *de creatura*, deinde additamenta scribarum quae docent hunc codicem ex alio descriptum esse, in quo post *Expliciunt enigmata. finit. finit* postscriptum modo hoc erat quod a verbis *Aurea dum exili* usque ad *crinigeri(s) pingo paginas lacrimis* pertinebat, malam hanc poesin scribae prioris perstringens novissimus scriba hunc, versum dimetrum jambicum apposuit: *Pauper poeta nescit antra musarum*[33]); tertio denique loco in infima paginae parte fragmentum sequitur Anglosaxonicum, cujus primis verbis M e c se u e t a u o n g u u n d r u m f r e o r i g signa musica superpicta sunt, qualia et in prima pagina super graeca fidei confessione literis latinis expressa et in aliis codicis partibus, hic illic ad pennam probandam in margine facta occurrunt. Extremis duobus versibus Aldhelmi in margine adscriptum est Vox clamantis in de(serto) ex Luc. 3, 4, quod cum textu non magis cohaeret, quam quod paulo superius legitur Fuit in diebus erodis regis iudee sacerdos quidam (Luc. 1, 5) Juxta postscriptum latinum admodum decolor in margine legitur nomen O t g e r u s linea sinuata ad Pauper poeta relatum, cujus alio loco ratio erit habenda.

Ante omnia textus anglosoxonicus est constituendus et explicandus, qua in re dubia quaedam manere statim est confitendum; exitus enim linearum fere omnium perquam est detritus, praeterea

---

32) Titulus multo recentiore manu in margine appositus, „de fosso que fila torquet" iisdem mendis laborat atque vetus in registro. Textus ipse in aenigmate de igne male praebet exusto pro e x s t o; in alterius, integre exhibiti, versu 3 pessime editiones c o l u m t e r e t i dant pro c o l l u m t e r e t e m, in seqq. enim ut codex ita editiones omnes usque ad novissimam Oxoniensem quam curavit Giles (Aldhelmi opera 1844 p. 258) habent: vertigine m o l a m, cum flagitante et metro et sententia legendum sit m o l e m. Ceterum cognatus est hic cod. Lugd. cum Bruxellensi vetere, e quo Mone (Anz. VII p. 39) hoc aenigma edidit, idem enim est versuum ordo, quem alium dat Giles ex Parisiensi, ubi Ex quo conficitur etc. melius sequitur post Dum veho per colum. At pro Ex quo restituendum est Ex q u a sc. mole, et in fine totius l. ni forte resistam. Praeterea v. 2 l. mutaverat.

33) Magis etiam crevit hoc postscriptum in codice Parisiensi, ex quo Giles post m u s a r u m habet: S i c u t i e g o, et adhuc novam lineam qua etiam hexametri rectioris specimen proponere scriba volebat: Crux benedicta nitet Christi dedicata cruore. Haec editio recte habet t o r q u e t, c r i n i g e r i s et l a c r i m i s quod postremum hic correcum est.

quatuor primarum pars posterior maculas traxit obscuri coloris, quarum ambitus in tabula punctis circumscriptus est. Quae perspicue in fragmento legi possunt haec sunt:

⌈aer*est* c . . . .
Mec ſe ueta uong uundrum freorig ob h . . innaðae *N*
Uuat ic mec biuorthae uullan fliuſū herū ðerh hehcraeft bi . . .
Uundnae me ni biað ueflæ ni ic uarp hefæ ni ðerih ðrea. an gið*r* . .
ðr*æ* me hlimmid . Ne me hrutendi hriſil ſcel aeð ni mec *oh* . . .
aam ſceal cnyſſa Uyrmaſ mec ni auefun uyrdi craeftum
ða ði goelu go*d*ueb geatū fraetuath. ⌈ heliðum hjhtlic giu*ae* . .
Uil m*ec* hudrac ſuae ðeh uidæ ofaer eorðu hatan mith
*N*i anoegun ic me aerig fa*erae* egsanbrogū ðeh ði *m*
. . . . . *ad*lice ob cocrum . . .

In prima linea pro ueta Bethmannus legerat vetam, sed post claram literam a non sequitur nisi unus ductus pallidior adspersa ut videtur parva macula, minorum enim punctorum fortuito ortorum plura sunt in hac codicis pagina extrema, olim tegumento carente; prima vera litera erat u cujus partium duarum modo periit conjunctio, non v, quod in toto fragmento a scriba non est adhibitum, etiam lin. 5. perspicue Uyrmas, non Vyrmas, ut ille habet, scriptum est. Literae post freorig sequentes liquore obscurata sunt, qui ex macula supra injecta detergendo, ut videtur, per lineas quatuor infra positas deductus est, cognosci tamen potest o et pars literae b inferior, tum h quod his, docente contextu, supplendum est. Saepissime scriba ae pro e posuit, ita in innaðae, quam vocem quae sequi debebant supra scripta sunt, unde facile expletur: aerest cende, ita ut sententia totius lineae sit: Me humidus campus mire gelidus ex suo viscere primitus genuit.

Incipit lineam secundam litera uncialis, alterius igitur sententiae initium, sed ad verbum Uuât (scio) particula negativa flagitatur quae in sequentibus redit, quam oblitus est scriba, fortasse tamen, cum initium novae lineae jam scripsisset, in fine prioris addidit, ubi literarum Ni ductus in macula subfusca eodem colore e flavo rubescente conspicui fiunt, quo literae postremae vocis innaðae tinctae sunt. Proximum biuorthae pro bivorhte est participii genus femininum, loquitur enim ipsa res a poeta descripta, quam vult conjectura inveniri, quae res saepissime in aenigmatibus anglosax. viht gen. fem. dicitur, et hoc in aenigmate est lorica aunulis ferreis texta. Vox uullan (lanae) declinationem debilem sequitur, discedit igitur a communi linguae usu, quo ea vox fortis est formae vull, G. vulle, sic etiam fliusum dictum est pro vulgari flŷsum (velleribus), herū ðerh hehcraeft pro hacrum ðurh heáhcräft, prodit igitur enuntiatum: (Haud) scio me paratam lanae velleribus, crinibus alta arte. Ex reliquis lineamentis vix bî et hî certius est, unde posito, pronomen demonstrativum superscriptum fuisse, deletumque liquore infuso, fortasse elici potest bi hio(rtan) minre aut bi hyge minum (apud animum meum) referendum ad Haud scio, non facile autem, quod textus Exoniensis habet: hygeþoncum min.

Minime dubia est lineae tertiae lectio praeter exitum, ubi facile quidem post ðrea restituitur t litera, cujus ima pars adhuc superest, sed in sequenti an abundat n, aenigma enim Exoniense respondentia verba fundit haec: ne ðurh ðreáta gedräcu ðraed me ne hlimmeð h. e. neque agminum impetu filum mihi resonat. Suspicari liceret an giðraece, si forte ðreát specialius significaret partem jugi textorii, quod ex glossis huc usque cognitis effici nequit. In prioribus uarp certo est stamen, ueflae autem, utpote plurali numero positum, non potest

esse subtegmen, quatenus filis transversis jam intextum est, sed uti videtur fila at intexendum parata [34]).

In quarta linea ðret, cujus e cum t conjunctum est, minus accurate pro ðrêd vel ðraed scriptum est, ut hlimmid pro hlimmið. Deinde hrisil est radius, nondum navis fistulam textoriam continens, sed lignum incurvum cui filum intexendum circumvolvitur, islandice vinda dictum cujus epitheton est hrûtendi stridens, quod vet. theot. erat rûzonti stridulus. In media voce sequenti literam f ex conjectura restitui, interpretor autem scelfaeð ex compositis viðscelfan (praecipitare) et âscylfan (pessumdare, gloss. Prud. 315) non vacillare, quod plerumque est, sed transitive percellere, conquassare, ita ut pergatur: Neque radius stridens me conquassat. Ex reliquiis vocis ultimae óhvanan aut ôhvaer (usquam) conjici potest; sententia autem ipsa

quinta linea ineunte continuatur; aam, quod solo hoc loco legitur, vix dubium esse potest quin sit pecten, sive lignum illud transversum, quo filum modo intextum pulsatur, ut cum textura jam parata firme coeat pannumque efficiat, quae notio toto contextu et verbo cnyssa pro cnyssan (pulsare) postulatur. Hinc quod in loco respondente libri Exoniensis est amas scriptum, non est mutandum cum Thorpio in uma, sed, dummodo discedendum est, non amplius quam in âma, ita ut diversitas, ut apud vocem vullan, tantum sit in declinatione debili et forti. In proxima enuntiatione Uyrmas mec ni auefun usque ad fraetuath omnes ductus literarum sunt servati, excepto verbo geodueb quod primo adspectu admittere videtur lectionem todueb, non toð aeb ut Bethm. habet, sed ductus primae literae infra lineam eodem sinu extenditur, quo alias g, literaeque d saltem basis mansit indetrita. Hinc oritur: Vermes me non texuerunt fati artibus, qui flava serica decore componunt.

Quae post punctum in linea sexta accedunt manifesto pertinent ad finem lineae sequentis, quo eodem signo praefixo relata sunt, quod super prima adhibitum erat. In voce hjhtlic secundum signum est abnorme quia est mixtum, nimirum correctum in i, quo facto ultra lineam prolongari solet, ut in vocabulo lacrimas in 3 linea postscripti litera j per a literam transscripta est; id autem quod scriba initio posuerat et nunc ut erratum significare voluit, est litera e formae vetustioris, cujus pars dextra nunc clausa, olim aperta erat ut in ∈ unciali [35]). Vox ultima restituenda est giuaede vel giuaedi, in litera u modo infima pars secundi cruris detrita est ut in auefun et in ueta; literae d autem pars suprema remansit.

Signum sextum lineae septimae speciem literae t nactum est, sine dubio tamen est c, ad cujus caput lineola conjungens literae e accessit, nunc quidem fere perdita, id quod certum fit comparata voce mec in secunda linea; tunc hudrae male scriptum est pro hueðrae (tamen), an-

---

34) Vox vefl a subtegmine distinguitur in glossis Bruxellensibus a Monio editis (Quellen u. Forsch. S. 318), ubi jugi textorii partes omnes referuntur, subtemen per âvebb vertitur, radius per hrefl (lege hrisl), juxta vefl autem cladia positum est, obscurum et ipsum, rediens tamen in glossario Aelfrici breviori ubi legitur: cladica vefel, et item in gl. Erfurtensibus, nec non in theotiscis gl. Sanctgallensibus, unde Graffius in thes. 1, 649 et Hattemer in mon. Sangall. minus recte dederunt: datica uuefal pro clatica, quod fortasse significavit fistulam textoriam (die Eintragsspule, Schussspule) licet plerumque uuebal, uefal sit subtemen Nam Diut. 3, 254 positum est spulin, ubi ante stabat Wefel, et Frischius e glossario anni 1482 dedit: Wefel oder Schiesspuhl. Sed an in antiquiore textrina fuerit valde dubito. Panuclae, panniculi (Spulen) pro vefle habent gl. ags. Aldh.

35) Exempla talis figurae vetustae apertae in altera codicis parte exhibent aenigmata 57, 2. 63, 8. 9. 90, 1. 4.

tecedens autem uil impersonaliter, vult pro volunt dictum est, sic nascitur sententia haec: Volunt vel solent tamen nihilominus late super terra me appellare inter homines laetissimam vestem.

Penultimae lineae literam primam Bethmannus legerat V, quod nusquam in hoc fragmento est adhibitum, mihi in sulco illo quo linearum initia definita erant, ductus superesse videbatur quem pro sinistro literae N crure habere liceret, eam enim sensus flagitat. Proxima vox anoegun cum sequatur ic me prima verbi alicujus persona sit necesse est, quae suppeditatur vulgaris sermonis verbo onêgnian, synonymo verbi onêgan (timere); abjecta est ante pronomen postpositum vocalis terminationis, ut in vên ic saepe fit, et factum est in: getrumad ic Alfr. Bed. Whel. p. 392; justa autem est scriptio per oe, cum onêgnian sive onêgunian descendat a nomine ôga (timor). Accusativus a verbo timendi pendens est aerigfaerae, cujus compositionis pars prior aerig laxius est pronuntiata pro aerh, ut fit in byrig pro byrh (urbis), et hic factum est in ðerih pro ðerh, aerh autem rariori usu dictum est pro earh, ut in ðaerm pro ðearm [36]), ita ut communibus Anglosax. vocalibus ubivis substitutis prodeat vox illa poetica earhfäre quae multum vexavit et fefellit interpretes et me judice nusquam aliud quid significat, quam sagittae missae impetum [37]). Cui respondet gârfare (lancearum impetum) in loco simillimo Cynevulfi: Ne þearf him ondraedan deofla straelas aenig on eorðan älda cynnes, gromra gârfare, gif hine god scilded, Cr. 779 sq. h. e. non est quod timeat generis humani quisquam in terra diaboli sagittas, hostium lancearum impetum, si deus eum protegit. Nostro loco timendi notio dativo adverbiali egsanbrôgum (pr. terroris horroribus) aucta est; totâ igitur lineâ, cujus signa extrema incerta sunt, enuntiatur: Non timeo sagittae impetum pavoris horroribus, etsi . . .

Adverbium cujus extrema pars in ultimae lineae initio perspicua est, fortasse erat fracadlicae pro fracodlice (infeste); post ob cocrum (ex pharetris) nonnisi duo fere vocabula perierunt sed eorum ne vestigium quidem est servatum. Quidquid fuerit, his ultimis lineis alius aenigmatis finis continebatur quam qui est in codice Exoniensi.

---

36) Gloss. Lugd. Cod. Voss. Lat. 69 in loco de Eusebio, (ed. Bethmannus in Hauptii Eph. V, 196): extale, snedildaerm, similiter p. 197 berruca (h. e. verruca), uaerte; p. 195: ermbeàg pro earmbeag; p. 197: cephalus haerdhera, cum glossae Bruxell. 292 habeant heardra, ibidem: ciscillus haerdhaeu, quod in gl. Erf. est heardheui; p. 198 incuba maerae pro meare, atque: furunculus maerith pro mearð (nostrum: der Marder) In his glossis igitur discrepantia constanti AER pro vulgari EAR. quod ortum est ex AR, pronuntiatum est.

37) Legitur quinque locis semper in cass. obl., semel D. pl. est earhfarum Cr. 762, quater sg. Dat, et Acc., hic forma: þurh eargfare Jul. 404, earhfäre aerest mêtton E. 116, et under earhfäre bannan E. 44, Dat. in: mid earhfare A. 1049. His locis unus subest nominativus earhfaru gen. fem., non obstante transitu vocalis A in AE qui, quod nondum observatum vidi, in omnibus similibus formis locum habet. Unde vocem þracu (turba) nominasse sufficiat, quacum compos. est holmþracu A. 467, hinc fit holmþräce (Acc.) E. 728, et juxta flânþracu G. 1117 legitur: ät gârþräce E. 1186. Simile est streâmracu C. 1350, unde: þurh streâmräce dicitur A. 1580. Nomen faru igitur, cujus cass. obll. vulgo fare sunt, admittit in his etiam formam färe, neque probandum est, quod Ettmüllerus in lex. p. 23 juxta earhfaru etiam nominativum earhfär (diversi generis) posuit, secutus hac in re Grimmium ad Andr. p. 124. Nam etiam notio in omnibus locis eadem est: sagittarum cursus vel impetus (das Daherfahren). Recte eam secutus est Greinius in versione locorum Cynevulfi dictorum, modo E. 44 under earhfäre significare vult: durch den Umlauf des Heerpfeils, quod praeiverat Grimmius. Sed etiam hoc loco, ubi milites dicuntur evocari ad pugnam, aptissime jungitur: sub telorum impetum. Saepissime enim a poetis pugnae notio armorum cogitatione amplificatur, ut: certamen sub galeis B. 2049. 2539. Jud. 203; sub scutis B. 2203, E. 652, Exod. 228, sub lanceis D. 1984 et consequenter vexilla eriguntur super lancearum impetum (ofer gârfare) C. 3272.

Hinc jam accuratius inquirendum est in rationem quae intercedat fragmentum Lugdunense inter et aenigma Exoniense; licet enim in sententiis plerisque congruant, ut unum eundemque auctorem fuisse facile sequi videatur, aliqua tamen dubitatio inde oritur, quod utrumque ex Aldhelmi aenigmate de lorica haustum est, discrepante carminis clausula, diversique poeta quaedam similiter vertere potuerunt. Quae res ut citius queat dijudicari, textum Lugdunensum versibus distinctum comparare juvat cum Exoniensi, ubi tamen non omnis sonorum diversitas in verbis iisdem, quae singularem considerationem requirit, sed ea modo varietas hic adnotanda est, qua sensus aliquatenus variatur. Unde primum apparet fragmento Lugdunensi aenigma integrum contineri, eodem atque in Exoniensi versuum 14 numero, qui hi sunt:

Mec se uêta uong uundrum freórig
ob h(is) innaðae aer(est) c(ende).
(Ne) uuât ic mec biuorthae uullan fliusum
hêrum ðerh hêhcraeft b(i) h . . . . . .
Uundnae me ni biað ueflae, ni ic uarp hefae,
ni ðerih ðreá(t)an gið(räcu) ðrêt me hlimmid
Ne me hrûtendi hrisil scel(f)aeð,
ni mec ô(huanan) aam sceal cnyssa;
Uyrmas mec ni âuêfun vyrdi craeftum,
ða ði goelu godueb geatum fraetuath:
Uil mec hu(e)drae suae ðêh uîdae ofaer eorðu
hâtan mith heliðum hihtlic giuae(di).
Ni anoegun ic me aerigfaerae egsan brôgum,
ðêh ði . . . . adlîcae ob cocrum . . . .

Differt in codice Exoniensi[38]) primum v. 3 bevorhtne, quae generis est differentia, et vulle quae flexionis est varietas, deinde v. 4 altera pars est hygeþoncum mîn, aliud notionis vât complementum, tum v. 6 þraed me ne hlimmeð ubi vocibus rectius scriptis modo particula negativa repetitur; prima gravior discrepantia est in v. 7; ne ät meh rûtende hrisil scrîðeð cui non par est quod v. 8 amas, v. 9 vyrda numero plur., v. 11 vili conj., se ðeàh et ofer eorðan legitur, sed altera accedit eaque maxima differentia, quod pro versibus 13 et 14 prorsus alia clausula his duobus versibus posita est: Saga sôðcvidum, searoþoncum gleáv, vordum vîsfäst, hvät þis gevaede sŷ.

Nihilominus consensus in transferendo et amplificando latino Aldhelmi aenigmate in omnibus reliquis ejus partibus multo gravior et constantior est, quam ut fortuito eum penes duos poetas accidisse credibile sit. Quisque versus latinus, quorum septem sunt, duobus anglosaxonicis in utroque textu redditus est, iisdem locis vocabulum aliquod latinum omissum, iisdem longius circumscriptum est, quod statim primi tres versus Aldhelmi docent hi

Roscida me genuit gelido de viscere tellus.
non sum setigero lanarum vellere facta,
licia nulla trahunt, nec garrula fila resultant,

38) Thorpii editione p. 417 sq. Greinii in Bibl. T. II. p. 386.

ubi in utroque textu anglos. primi latini versus epitheta ad unam tellurem (vong) relata sunt, addita ad explendum secundum versum voce primitus (aerest), in utroqne v. 2 Non sum facta mutatum est in haud scio me factam, in utroque separatum est setigero a nomine suo, et amplificatum ad novum versum, in utroque v. 3 liciorum notio in duas (vefle et vearp) soluta est.

Ex reliquis observatu dignissimum est, quod utraque translatio eundem ordinem versuum habet, discedentem ab ordine latini Aldhelmi textus vulgati, qui et in codice hoc Lugdunensi est:

4 nec crocea Seres texunt lanugine vermes,
5 nec radiis carpor, duro nec pectine pulsor:
6 et tamen en vestis vulgi sermone vocabor.

in versione anglosaxonica v. 5 ante v. 4 expressus est, quinto latino enim septimus et octavus versus anglicus respondent, quarto autem latino nonus Vyrmas mec ni âvaefun cum sequente. Procul omni dubio penes versionem anglos. sanus est ordo, in vulgato textu latino perturbatus, qualis nullo modo ab Aldhelmo ipso profiscisci potuit, nam quod vermes texere credebantur non fiebat radiis et pectine. Utrique igitur versioni melior codex Aldhelmi subjacet, par ergo etiam est vetustas.

Pleraeque autem graviores diversitates ita sunt comparatae, ut consilio factae manum scriptoris emendantem secundasque curas prodant, sine dubio enim Lugdunensis textus primitivus est, cum strictius latinum sequatur, v. 7 me scelfeð pro latino carpor, v. 13 Ni onoegun ic me ärigfäre et rel. prorsus ut habet ultimus versus latinus

7 Spicula non vereor longis exemta pharetris,

contra Exoniensis textus correctior et liberior, emendationem etiam sapit in eo, quod versus ille ultimis omissus est, utpote quo solutio aenigmatis nimis facilis redderetur. Cynevulfus, qui Exoniensium est auctor, versus finem descriptionis rem suam magis abscondere quam prodere solet.

Quod si quis existimaverit, versionem quidem eandem esse, Lugdunensem autem a prisciore poeta compositam, eamque paucis mutatis a Cynevulfo in suum usum conversam esse, et ita in collectionem Exoniensem transiisse, ei primum respondendum est, tam insigni poeta indignum fuisse, non materiam ad carmen conformandum aliunde sumere, at totam conformationem et expositionem poeticam ipsam ab alio mutuare et verbotenus transcribere, deinde vero etiam disertius auctoris indicium praesto est. Secunda enim fortuna factum est, ut in parva illa aenigmatis clausula, textui antiquiori peculiari, satis documenti sit pro dicendi usu Cynevulfi cognoscendo. Compositio enim egesan brôgum, praeter exspectationem in tanta notionum similitudine suscepta, Cynevulfi consuetudini respondet, qui habet et gryrebrôgan Cr. 849 et brôga egeslîc G. 122, atque quod gravissimum est, vox earhfaru nusquam nisi apud Cynevulfum invenitur, cujus omnes sunt quinque isti loci supra nominati quibus occurrit[39]).

Fragmentum igitur Lugdunense a celeberrimo illo poeta origenem ducere, exitu aenigmatis ab Exoniensi textu alieno non prohibetur, imo confirmatur, omnibusque quae hucusque exposita sunt efficitur, non sisti hic unius textus duo diversa exemplaria, scribis immutata, quae ratio est inter aenigma duplex tricesimum Cod. Ex. p. 412 et 470, sed diversam textus conformationem ab auctore factam.

Nova autem textus utriusque differentia est in grammatico linguae habitu, Lugdunense enim fragmentum, sive scriptio sive sonorum pronuntiatio sive flexio spectetur, antiquiora habet, et

39) cf. nota 37 et Grimmii locus ibi laudatus. Nullibi legitur apud Caedmonem, neque ferri potest 181, 18 (in Greinii editione Exod. v. 66) ubi Ettmuellerus quondam (Lex. p. 23) conjectura introducere voluit.

vel DIALECTO differt a communi Anglosaxorum sermone. Vetustatis altioris nota est, quod e mutum in fine vocum scribitur per ae, ut factum est in innaðae, biuorhtae, uestae, scelfacð, rell. porro u aut uu pro w, praeterea quod th in omnibus vocabuli locis per ð exprimitur aut per th, non signo runico þ, quo etiam primae aevi chartae latinae et anglosaxonicae, teste Kemblii diplomatario, abstinuerunt, forsitan quia paganum videretur et quod saeculo decimo demum in Anglia communius fit. Pronuntiatio antiquior est quod bis legitur ob v. 1 et 14 pro of, juxta vefle et hefe, id quod saeculo adhuc nono reperitur [40]). Eodem referri potest variarum vocum terminatio satis constans in J pro vulgari e, ut in particulis bi-, gi-, ni, ðī, praeterea in hrûtendi (strepens), vyrdi (fati) et in hrisil, hlimmid, ðerih. Ea proprietas, quae fortasse jam dialectica dicenda est, etiam pertinet ad amplum illud glossarium quod olim Mediani monasterii fuit, nunc Epinali in Gallia asservatur, saeculo nono in ordinem alphabeti redactum, cujus dialectus singularis in plerisque cum Lugdunensi consentit [41]). Non videtur esse northumbrica, qualis est in evangeliis libri Dunhelmensis, sed tamen anglica quaedam cognata, non Saxonica quae in vulgari anglosaxonica praevalet, quamquam difficile est hanc rem dijudicare, quum proprietas dialectorum ags., distinguenda a communibus vetustatis notis, nondum accuratius tractata, minime constet.

A communi saxonica et simul a northumbrica dialecto recedit primum pronuntiatio vocis aerigfaerae in qua ineunte AE est pro A brevi quod ante R in EA solvitur, excepta Lugdunensium glossarum dialecto [42]); deinde etiam OE breve pro E in goelu (flava), simul tamen post V non adhibitum in veflae, godveb, huedrae, quae voces northumbrice fuissent voeflae, godvoeb, hvoedrae, quamquam ea proprietas paulatim invasisse videtur et in glossis Epinalensibus nonnisi parvis principiis oriunda conspicitur [43]). Nihil definitur longo oe ut in anoegun ab ôga; quum etiam Saxonicae occidentalis vetera diplomata melius habeant boetan, soecan, geroefa pro vulgari posterioris temporis bêtan, sêcan, gerêfa. Eadem ratio est vocalis ê pro ae, et pro eá ut in hâh, ðeh quod hic illic etiam in vetusta anglosaxonica dialecto deprehenditur.

---

40) ob ðreate (ex falange) gloss. Erf. F. num. 48; ob minum erfelande, in charta Kentica saec. IX, quae est in Kemblii Codice dipl. I. 299.

41) Editum a Monio (Anz. 1838. VII, 134—153), a quo textus conformatione alia eaque minus recte scripta diversum est glossarium majus Erfurtense, ex codice Amploniano saec IX ejusdem, typis impressum ab Oehlero in libro: Neue Jahrb. für Phil. anni 1847 Suppl. p. 257 sqq. 336 sqq. Inter fontes ex quibus hausta est ea collectio, fuerunt glossae Lugdunenses n. 36 descriptae, Carlsruhenses in Diut. I, 492 commemoratae, et aliae secundum libros digestae ut Saugallenses. Scriptor Erfurtensis dialectum prodit in omnibus fere northumbricam, non ita Epinalensis, cujus patria inter Humbrum et Tamisiam, a qua Saxonica incipit, media fuisse videtur.

42) Cf. exempla ad not. 36 allata. Ipsa vox earh in Cod. Ex et Verc. semper per EA pronuntiatur, quod ante R in verbis Northumbr. longe plerisque retinetur, paucis, ut faerm pro fearm Matth. 22, 2 exceptis.

43) Exemplis probatus est usus northumbricus a Bouterwekio in introductione ad Evang. p. CXXVII. ubi tamen inter diphthongum brevem et longam non est distinctum. Origo vocalis OE brevis pro ä et e est in soni W praecedentis vi quadam obscurante, qua northumbrice dicitur Voeg (via), voerc (opus), voerda (affligere), suoefn (somnium) suoeria (jurare), cuoeða (dicere), tuoelf (duodecim), non item post alias cons, excepta voce self, seolf, multum vacillante, post V autem vel o ex oe oritur ut in vorpa gevorða, vosa. Prior proclivitas in sonum obscuriorem post W etiam in germanicis dialectis observatur, ut in Thuringia Wörk pro Werk auditur, in quibusdam autem vocibus, (ut löschen, schwören, zwölf) communi usu vel potius abusu recepta est. Mansit E plerumque in gloss. Epin., quae habent uueg, uuerc, uuefl, suelge, gihuelei uuega, oeghuelci thinga, bis modo OE breve in voeffsas (vespes) et huuan huoega (undecunque). In ultima voce consentit textus Erfurtensis, uti praeterea an woeg (in viam) p. 261 sed juxta uueg legitur.

Maxime autem cum usu northumbrico, fortasse tamen universo ultra Tamisiam anglico conveniunt haec, primum flexio nominis eorð v. 12 in: ofer eorðu pro vulgari eorðan, quae constanter retinetur in evang. north. ut: on ða eorðu Joh. 9, 6, ofer eorðu Mt. 15, 35. 16, 19; porro literae N abjectio in infinitivo cnyssa v. 8, quae in Evang. illis sollemnis est, obtinet etiam in dialecto glossarum Epinalensium, a vulgari autem saxonica aliena est; tertia dicenda est forma praepositionis mid, quae v. 12 est mith, quae unica et northumbrica, et gloss. modo dictarum, in quibus midh scribitur; summi denique momenti est, quod utroque loco praepositionem ðurh continente vocalis ejus antiquissima E scripta est, v. 4 ðerh, melius etiam v. 6 ðerih, convenienter formae gothicae thairih, northumbricae enim dialecto peculiaris est forma derh, pro qua rarissime legitur ðorh, haec autem quae medium locum obtinet inter illam et vulgarem ðurh, semper in gl. Epin. legitur, scripta thorh vel thorch.

Itaque cum linguae conformatio in fragmento Lugdunensi ad Sepentrionalem aliquam dialecumpertineat[44]), agnito ejus auctore sequitur, aut omnia ejus opera translata esse ex illa in australem communem, qua scripta nunc leguntur, aut aenigma Lugdunense antiquam versionem esse ex vulgari australi dialecto anglosaxonica, quod mihi quidam probabilius videtur, quoniam aenigmata Cynevulfi non eruditionis fructus, sed ita sunt communi sensui apta et sine dubio popularia fuerunt, ut ea potissimum ad omnes populi provincias mature translata esse credibile sit, frustra autem in ceteris operibus, si versiones essent, argumenta et quasi reliquiae dialecti septentrionalis quaeruntur.

Non autem solum hoc singulum aenigma dialecto anglica conceptum fuisse, inde versimile est, quod scriba manifeste id non ipse transtulerat aut ex memoria scripsit, sic enim v. 3 non contra sententiam peccasset, sed ex alio antiquiore codice anglica continente transscripsit, quod hoc potissimum Aldhelmiano aenigmati respondere sentiret, in transcribendis autem vernaculis (biuorthae, dret, hlimmid, hudrae) ut et in latinis sat multa hallucinatus est.

Reliquum est ut **Fragmenti aetas** subtilius indagetur, qua re in omni hac quaestione nulla est gravior. Antequam cognitum esset, quid et quanti esset hoc spatii vacui complementum, codicem qui id continet, at saeculum nonum refere Bethmannus l. l. non dubitavit. Recte id eum statuisse, scripturae specimina in tabula annexa ante oculos posita probant, quorum in utroque, ut unum modo ejus aetatis indicium tangam, duplex est illa figura literae a, quarum altera uncialis A formam retinet, altera aperta est, et u literae similis fit, a qua, semper fere rectangula, ductibus ad dextram inclinatis distinguitur.

At quod idem affirmavit, latina omnia et anglosaxonica eadem manu scripta esse, comprobare nequeo. Tria potius scripturae genera inveni, unum in brevi graeco illo fragmento liturgico, quod paginam primam implet, duo in aenigmatibus ipsis. Maxima enim libri pars duabus diversis

---

44) Definitius fortasse loqui liceret, si patria codicis vel scribae constaret. Ex Anglia quidem cum aliis membranis bibliothecae Isaaci Vossii et haec Lugdunum advecta est, sed unde illuc venerit, non liquet. In prima pagina pars liturgiae graecae literis latinis scripta, initiumque ejus notis musicis signatum est; hoc Bethmannus l. l. referens addit, videri igitur eam in Anglia cantatam fuisse. Anglicae patriae non obstaret, quod scriba in locis anglosaxonicis ambobus literis in australi certe regno vulgaribus, quibus vernacula scribebantur, non usus est. At scriba etiam esse potuit Anglosaxo in Germaniae quodam monasterio degens, nomen certe Otgerus quod in margine postscripti ad voces Pauper poeta, itaque ad scribam priorem relatum est, theotiscum est, quod anglosaxonice foret Eadgarus, vel Edgarus.

manibus exarata est, quarum altera a Symposio incipit et usque ad Aldhelmi aenigma XLVI, sive a fol 1[b] usque ad 14[b] porrigitur, altera abhinc usque ad finem sive a fol. 15[a] usque ad 24[b].

Prius scripturae genus, quod in tabula specime e fol. 14[b] petito repraesentatum est, ab altero jam eo distinguitur, quod literae a tertia forma accedit, rotunda et clausa, quali nos in scribendo utimur, quae adhibetur ubi prioris literae ductus cum ea conjungitur, ut in lineae extremae vocibus primis, ,frigora dura'. Maximum discrimen in conjunctis signis est, hic enim non solum st, ft sed etiam ct, rt atque ra, ro literae ducto super lineam prominente copulantur, quo facto r conjunctum simile fit s longo, ut in voce ,vertigine' lineae quartae. Aliae literae ut i et s subjungendo saepe cum priore connectuntur et in unum signum infra lineam protensum coalescunt. Inter scripturae specimina a Pertzio edita nullum aequum, sed non simillius invenitur, quam in quarti fasciculi, e Legibus deprompti, tab. 1 numero quintum, e cod. Par. saec. IX sumtum.

Altera codicis Lugdunensis pars, folia decem posteriora complectens, nitidiore manu multo simplicius et distinctius, aliquanto etiam minoribus literis scripta est, magisque concinnis. Super linea conjunctae modo sunt literae st, ft, intra eam praeter æ et & plerumque modo g cum sequenti signo connexum est, saepe literae e quae dicitur lingua longo versus dextram ductu extenditur, ampliusque infra lineam versus sinistram literae x crus alterum producitur, quam fit in priore parte libri, aliquantulum infra lineam etiam r saepius porrigitur. In rebus plerisque simile est e Pertzianis speciminibus illud quod in tomi II tab. I e vita Sancti Galli saec. IX editum est, quamquam hic literae rt super linea conjunctae sunt, quod uti supra dictum, in hac parte Lugdunensis codicis nunquam est factum.

Differunt eae partes etiam in eo quod literae initiales in priore sunt nigrae, in posteriore rubrae, et quod in hac paginarum lineae plerumque duabus aut tribus plures sunt quam in illa, distinctiusque earum ductus membranae sunt impressi. Duabus igitur partibus codex compactus est, quarum posterior est et scriptura et ceteris signis externis paululo vetustior, et si prior exeunte saeculo IX conscripta est, priori ejusdem parti deberi videtur.

Jam vero scriba qui fragmentum anglicum addidit non solum ejusdem aevi fuit, cum norma et consuetudine scribendi eadem ducatur, veluti ae pro e brevi adhibens, quod in utraque codicis parte latina crebro irrepsit, legitur enim: inquae pro inque Symp. 8, 2 mutatoquae solo 18, 2 moxquae Ald. 12, 3 dumquae 67, 9 ut et cacuminae, caecidi, caecinisse, expraessit, praetiosa, sed idem etiam fuisse censendus est, qui alteram codicis partem scripsit, eodem enim scripturae genere utitur. Literae quidem in anglosaxonicis paulo minores plerumque sunt quam in latinis, id tamen spatio explicatur quod aliter aenigmati illi suscipiendo non suffecisset, acciditque idem interdum in latinis lineis extremis. Ductus autem literarum omnino non cum priore manu sed cum posteriore convenire manifestum est.

Quae cum ita sint, fragmentum nostrum saeculo IX scriptum esse efficitur, et cum ex alio codice descriptum sit, argumentum ejus et vetustius esse posse apparet.

Atqui si linguae conformatio respicitur, antiquior saeculo nono est in voce fliusum v. 3 diphthongus JU, ante dissimilem sibi consonantem posita, cujus loco dialectus septentrionalis saeculo nono modo EU juxta eo, io vulgare habet. Argumenti autem ex Aldhelmo versi ratione habita, si reputatur, ordinem versuum a poeta anglosaxonico non ex arbitrio relinqui, imo ordinem quem habet in aenigmate de creatura XL, 82 sqq. a vulgato textu diversum, testimonio vetustioris codicis, nimirum Lugdunensis nostri confirmari, facile intelligitur, ex ordine versuum anglicorum in hoc de lorica aenigmate, ut supra notatum est, discrepante ab ordine editionum, et nostri

codicis, saeculo IX orti, neque minus codicis Bruxellensis, a Monio VII, 32 ad finem saec. VIII relati, jure concludi, hunc poetam antiquioris temporis fuisse, quo lectio melior nondum erat turbata.

Itaque quum eum poetam qui aenigmata Exoniensia et hoc codice Lugdunensi servatum, licet textus et dialecti conformatione diversum, condidit, Cynevulfum esse supra probatum sit, et ejus aetas amplius nequit esse dubia. Quo magis enim operum ejus numerus, qui quod probasse mihi videor etiam Andream, Guthlacum, Phoenicem, Physiologum complectebatur, dicendique usus iis peculiaris cognoscitur, eo certius inde conjectura capitur, poetam insignem saeculo octavo non fuisse aetate inferiorem. Ea vero conjectura jam fragmenti Lugdunensis luculento testimonio confirmatur, quocum rursus Guthlaci aetas consentit, unde distinctius elucet, eum altera saeculi octavi parte floruisse.

Corrigenda: p. 2 l. 13 praefatione — 4 l. 13 Cynevulfi — adnot. 10) lin. 3 þonne pro onne — p. 6 l. 5 Guðlaces et l. 24 deáðvêg — adnot. 13 l. 1 dele comma post geþacan — p. 8 l. 27 lâðne — adnot. 18) l. 6 fastitocalon — p. 17 l. 17 adspersis l. 21 dele comma pro hunc — p. 21 versu 12 l. hâliðum, lin 27 l. me hrûtende pro meh rûtende — p. 22 l. 22 ultimus — p. 23 l. 4 primi — 42) l. 1 adnot. — p. 23 adnot. 43 l. 2 lege: pro ê et e. —

---

fol. 14b.

XLV. De loriso quae illa torquent

Post haec et fato uictus pice nigrior [ex] usto
Infultun usco rumosa frondeuirescens
sed natura meum motu uertat ordine fatum
Tum ueho p collum tere tem ue stigine motu
Tum longe nullus zona p̄cingitur heros
p me fatu enrum dicunt discernere partem
Ex quo conficitur regalis stragula peply
frigora dura uiros sternant ne forte resistant

fol. 24b.

l ioxclamanti inde lauda — Et tamen inficians non retur fribula lector
Sciscitor inflatos fungar quonamine sophos

EXPLICIUNT ENIGMATA · FINIT FINIT

Aurea dum cxilixpo fila uirgo acu declinata manu
palli da torquit aereo Tum ego calamo cringeri.
pingo paginas lacrimas

5 Paup poeta nescit antra musarum
Mec se ueta r: uong uuhurum fi eoriz ... Innadae ...
Uuat ic mec biuorthae uullan fliusum herum ðerh heh craeft l hu...
uundnae meni biað ueflae nuc uarp hefae niðerih ðrea . ungið...
ðret me hlimmið . Nemehrutende hrisil scelfaeð ni mec o...
aam sceal cnyssa Uyrmas mec ni auefun uyrdi craeftum
ða ði goelu tou . ueb geatū fraetuath . ...
Uil mec hudrae suae ðeh uidæ ofaer eorðu hatan mith
Ni an oegun ic me aerig faerae egsan brogū ðeh ði ni
aelicae ohercrum